


This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/


NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 07591202 6





# IOANNIS IACOBI REISKE
## ANIMADVERSIONVM
## AD
# GRAECOS
# AVCTORES

*VOLVMEN SECVNDVM*

QVO

LYSIAS ET PLVTARCHI

OPVSCVLA MISCELLANEA

PERTRACTANTVR.

---

*LIPSIAE*

LITTERIS LOEPERIANIS

1759.



# PRAEFATIO.

Dudum fuit typis excusum hoc animadversionum mearum ad Graecos Auctores volumen secundum; quo tamen minus ederetur, intercesserunt cum alia, tum novum vitae genus, nova studia, in quae nuper coniectus sum. Dabo tamen operam vt, si fieri possit, brevi tertium quoque volumen succedat, in quo posteriores ad Herodotum curae chorum ducent, et retractationes Thucydideae inerunt, agmen claudent aut ad Aristidem, aut ad Diogenem Laertium observata. Valete Lectores. Scr. Lipsiae d. 15. Febr. 1759.

# IOHANNIS IACOBI REISKE

AD

# LYSIAM

# ANIMADVERSIONES.



# PRAEFATIO.

Non multi ſunt anni, ex quo curanda Lyſiae ſplendida editione de re literaria ipſoque illo egregio Atticae eloquentiae exemplo atque magiſtro praeclare meritum eſt par virorum illuſtre, *Taylorus* & *Marklandus*, Angliae decora; graece ambo doctiſſimi, monumentiſque ingenii immortalibus, iiſque non paucis, clari, privatim ſuis quiſque dotibus pollentes. Taylorum Attici juris peritia uſuſque commendat oratorum, qui Athenarum fora olim facundia ſua circumagebant. Marklandi ſubtile ingenium & ſagax in hoc vaſto velut pelago Graecae literaturae ſaepe ſalubriter coecos ſco-

pulos & brevia obſervat, & vitare jubet, ubique catum & cautum, etiam ubi opus non eſt, alto profundo. Magna utique, quis neget? hominum doctiſſimorum de Lyſia merita. Res ipſa loquitur. Quare non defuturos praevideo, qui mirentur poſt meſſem tantam tamque nuperam, ſpicilegium emendationum me proferre, ipſi paene meſſi par. Iudicium de meis animadverſionibus publicum me haud decet privato meo occupare. viſus tamen mihi ſum maculas in Lyſia, quantumvis a balneo recente, non paucas neque contemnendas obſervaſſe, quas eluere pro ingenii modulo ſategi. Anglorum cenſorem profiteri nolui, quamvis eorum omnia non probem. Factum quidem interdum eſt, ut quales, mihi viderentur eorum nonnullae conjecturae, modeſte ſignificarem: ſed id tum ſolummodo factum fuit, quum, quod adderem,

derem, in promtu esset. ubi autem aut non haberem meliora, aut cum vulgata faciendum existimarem esse, tacui. Qui deinceps Lysiam aut denuo totum reddent, aut alias obiter attingent, integrum illi, ut de me, sic de Anglis, judicium exercento. Saepe verbis atrocior, & calidior mihi visus fuit Taylorus, quam aut res poscebat, aut virorum, quos increpat, excellentia de literis merita ferebant. Quae res tanto acerbior nobis accidit, tantoque minus virum egregium decet, si censura insontes vexat. Quam inclementer, e. c. p. 70. Palmerius vapulat, recta suadens. Nae surget aliquando cerebrosus aliquis, qui ferulam in magistrum inconsultum retorqueat. Qui porro fiat ut ambo Viri docti toties easdem in conjecturas deferantur, casune fortuito, an communicatis inter se consiliis, haud equi-

dem dixerim. Nulla tamen res inter criticos uſu venit frequentius, quam ille in eaſdem conjecturas multorum conſenſus ſpontaneus. Videntur mihi laudati toties duumviri eſſe quod Arabes in proverbio ajunt بعيرا بركا وقعنا وقاما معا *duo gemini cameli, procumbentia & exſurgentia ſimul.*



AD



# AD LYSIAE

## Orat. I.

2. 1 *ed. Taylori* f. αὐτοῖς εἴητε, εἰ ἦτε τοιαῦτα. 5 aut πάσας τὰς ζημίας, aut τὰς νομιζομένας, aut τὰς μεγίστας ζημίας. *nullum non poenarum genus*, aut *poenas a legibus constitutas*, aut *vel maximas quasque poenas*.

3. *ult.* ἔργων] f. ὀργῶν, *tantarum irarum*, hoc est, animadversionum judicialium. ὀργὴ est vox forensis, saevitiam judicis in reum crimine dignam & adaequatam significans. v. tamen p. 83. 2.

5. 2 nil putem hic oportere mutari. sententia est, *ut neque, quo aegre illi fieret, quidquam admitterem, neque illi admodum liberum esset pro lubitu, quicquid vellet agere.* Particula λίαν significat, non omnem libertatem fuisse mulieri a marito ademtam, sed nimiam praecisam. 6 ταύτην τὴν οἰκειότητα. 8 ἀγαθὴ] mallem ἄγαν.

6. 9 συνειθισμένον ἡμῖν ἦν.

8. 2 τὴν κλεῖν ἐφέλκεται] *clavem secum sumit abiens.*

9. 7 post ἐμῆς excidit προϊόντα, aut ἐξιόντα. *penult.* lectio cod. Coislin. τὴν σὴν γυναῖκα confirmatur a p. 10. 3.

11. 1 ὀυδέποτε] subaudi πρότερον, quod nescio an addi debeat. 2 μου] mallem μοι.

12. 5 βουλοίμην. 9 τότε ἤδη bene habet, & est nota gravisque formula *tunc tandem aliquando*. *ult.* τὸν χρόνον, quod etiam Philelphum in animo habuisse, ejus interpretatio prodit.

13. 1 Colligas e Taylori & Philelphi interpretationibus, eos statuisse καὶ οἷς legendum esse. verum vulgata bene habet, & posterius οἷς τρόποις προσίοι est prioris τὰς εἰσόδους superenarratio. *introitus*, hoc est, *quibus opportunitatibus, praetextibus & formis vestitus alias aliis accederet*. tam late enim patet vocabuli τρόποι vis. 6 πρὸς ἐμὲ bene habet, *ad me*, *mecum pactus*. Voluit forsitan Stephanus πρὸς ἐμοῦ dare, *a me promissis*, quod non improbaverim. *antepen.* post πέντε videntur haec verba excidisse: καὶ ἐπ' αὐτοφώρῳ τὸν μοιχὸν ἔλαβον.

14. 2 ἀφιγμένος] subaudi ἀπὸ τοῦ ἀγροῦ, *egressus tam tarde ex agro*, vel *degressus agro*. ἀφικνεῖσθαι haud raro idem est atque ἀπέρχεσθαι, *decedere*, *abire*. v. Xenophont. Hist. Gr. p. 627. 23. 3 τῶν ἐπιτηδείων. repetierunt viri docti a masculino οἱ ἐπιτήδειοι, *amici*, *necessarii*; sed est neutrum. Euphiletus Sostrato, ut ad se deverteret, eo persuadebat, quod diceret, eum domi suae, si tam sero diei veniret, coena jam absumta, nihil, unde vires itineris molestia exhaustas reficeret, inventurum esse. itaque secum coenatum iret. Igitur quas res narrat haec oratio, eae aestate contigerunt, & Athenienses, aestate quidem, solebant ante solis occasum coenare. τὰ ἐπιτήδεια sunt esculenta & potu-

potulenta, verbo, alimenta, cibaria. v. Dio Caſſ. p. 104. 66. & 87. & alibi paſſim. *ibid.* ἐκέλευον ἐμοὶ συνδειπνεῖν. 10 οὐκ ἔνδον. v. p. 23. 1. *quoſdam reperiebam, praeſentes quidem Athenis, at domo abſentes, alios plane peregre profectos.*

15 *ult.* ποδηγῆς] f. πρηνὴς, vel potius πρὸ τῆς κλίνης, vel πρὸ τῆς εὐνῆς, aut κοίτης. Cogitavi quoque ἀπὸ μιᾶς πληγῆς, *ab uno ictu.*

16. 2 σιδήριον. ut p. 23. 5. σίδηρος eſt ferrum, metallum, ſed σιδήριον inſtrumentum ferreum vulnerare & occidere potens. 5 ψευδόμενοι οἱ καὶ τὰ τοιαῦτα.

17. 6 ὑφ' ὑμῶν, *a vobis.* omnibus Athenienſibus. nam non ſolos in ea cauſſa & in Delphinio judicantes appellabat. Si Taylori interpretationem praeferas, potius ἐφ' ἡμῶν, *aetate noſtra,* oportebit legi.

18. 2 f. ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς τάττειν, ἐποίησεν ἄν. id eſt, ἔταξεν ἄν. *ſi potuiſſet poenam graviorem peccantibus in uxores ingenuas ſcribere, ſcripſiſſet procul dubio.* 4 τὴν αὐτὴν, ἣν [vel τῇ] καὶ ἐπὶ ταῖς παλλακαῖς, ἠξίωσε γίνεσθαι. ſubaudi καὶ ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς. 7 διπλῆν] duplum ſcil. ejus, quod pendere tenetur ille, qui ſervo vim infert corpori. *antep.* poſt αἷσπερ videtur τοὺς πείσαντας deeſſe. Legem hanc brevitate dictionis, ut fere ſunt leges omnes, ſubobſcuram ita fere explices & integres: ἐὰν δὲ γυναῖκας [βίᾳ τις αἰσχύνῃ,] ἐφ' αἷσπερ τοὺς πείσαντας, [vel τοὺς πειθοῖ διαφθείραντας] ἀποκτείνειν ἔξεστιν, ἐνέχεσθαι [τοὺς βιασαμένους] ἐν τοῖς αὐτοῖς, [ἐν αἷσπερ ἐνέχονται οἱ παῖδας ἐλευθέ-

ρὸς βίᾳ αἰσχύναντες]. sententia legis haec est: quisquis corpora libera per vim stupret, ei pendendum esse duplum illius mulctae, quae irrogatur corpora servilia stuprantibus. eadem poena quoque teneri [dupli scil. praestandi] illos, qui uxores ingenuas vi stupraverint, quas qui fraude & verborum lenociniis pellexerint, ut morem sibi gerant, eos occidere licere. *ult.* τῶν μὲν γὰρ] scil. τῶν πειθόντων.

19. 1 τῶν δὲ] scil. τῶν βιαζομένων.

20. 5 περὶ bene habet, & saepe locum praepos. ὑπὲρ obtinet. *ult.* est aliquid in ratiocinii nexu obscurum & hians, ut vim & consequentiam ejus non satis pervideam. Praemissa videntur flagitare ȣ̓ δεδιέναι. quid enim liquidius & expeditius, quam sic ratiocinari: *si moechos puniri non sinetis, efficietis fures. nam quisquis furandi caussa domum aliquam ingredietur, dicet, se non furandi caussa, sed corrumpendae uxoris, venisse. Scient enim leges de adulteriis flocci non faciendas, & vestrum judicium, ut lene in moechos, formidandum non esse.* Sic prono fluunt alveo omnia, neque officiunt sequentia: αὕτη γὰρ — *nam*, pergit: *si rei a vobis dimissi fuerint, qui estis judices totius urbis judicum omnium spectatissimi, non est, quod a ceteris extimescant.* Caeterum veterem lectionem ἐπὶ πάντων, tantum abest, ut ego quidem moverim, ut potius recens introductae praeferam. nam ἐπὶ πάντων idem est atque ἐν πᾶσι. Iam vero si dicere licet ἐν πᾶσιν κυριωτάτη, scil. ἐστὶ, [saepe omittitur Verbum substantivum, idque in elegantiis habetur] licet quoque ἐπὶ πάντων κυρ. dicere.

21. 1 σκέψασθε] nimis hoc abruptum. asseverare non ausim, nihil hic deesse.

22. 8 κελεῦσαι. ob praecedens γενέσθαι. 11 ὡς οἰκίαν τινὸς τῶν φ.

23. *antepen.* γραφαὶ sunt *caussae publicae criminum in totam civitatem commissorum.* v. Harpocrat. v. γραφή. quapropter subjicit Lysias, adversarium nunquam tentasse se urbe exigere, tum infert, neque sibi caussam privatam dixisse. Hoc ideo duxi monendum, quia discrimen γραφῆς & δίκης in Latina interpretatione non satis expressum video.

24. 1 aut delendum μὲν, aut cum αὖ mutandum. 4 οὐδέ. *ne viderim quidem.* nam οὔτε requireret alterum adhuc οὔτε sequens.

25. 3 ταῖς μεγίσταις ζημίαις. 6 οἱ] mallem εἰ, ob sequentia οἱ δ' ἀγῶνες. In his enim constructio paullo implicatior & elocutio durior erit, si οἱ servetur.

## ORATIO II.

29. *antepen.* f. μεγάλης ὠφελείας ἐλπίδι παραλαβοῦσαι.

30. 3 ἔδοξαν rectum esse monstrat adjunctum εἶναι. quod si Marclandi conjecturam admitteres, ἔδειξαν mutandum esset cum οὖσαι. ἔδειξαν οὖσαι γυναῖκες, id est, ἔδειξαν ὅτι εἰσὶ γυναῖκες. v. p. 51. *ult.*

31. *penult.* εἴ τι ἠδίκουν οἱ ἀποθανόντες, δίκην ἔχειν. redit ἐκείνους ad Cadmeos vel Thebanos. & qui poenas ab altero repetiit, non qui dedit alteri,

alteri, ille dicitur δίκην ἔχειν *satisfactionem habere.*

32. 1 μιαινομένων] per carnes cadaverum insepultorum ab avibus rapacibus per templorum tecta dilatas & sparsas.

33. 3 κοινῆς ἐλπίδος] omnes enim homines sperant fore, ut fato suo defuncti a superstitibus sepeliantur. 9 vid. ad p. 53. 2. dicenda. *penult.* ἆθλα sunt ipsa Argivorum cadavera.

35. 1 posset quidem ἐν subaudiri, nullus tamen dubito, Lysiam dedisse αἰσχυνομένων μὲν ἐπὶ τοῖς ἔργοις. 3 recte monent codices, qui ἐπὶ τῶν βωμῶν praestant. nam si vulgatam tuearis, deerit nomen numinis, ad cujus aram consedeint Heraclidae.

36. *penult.* ἄνδρες arcte cohaeret cum γενόμενοι, non cum ὁποῖοι. *quales essent futuri, posteaquam virilem aetatem adiissent.* in δίκαιον εἶναι subauditur τὸ αἱρεῖσθαι κίνδυνον ὑπὲρ τῶν Ἡρακλειδῶν ex insequentibus.

37. *penult.* ἱκετεύσαντα. *qui ipse fuisset olim supplex.* si bene memini, fuit ipse Eurystheus olim Athenis supplex. sed tota historia memoriae non succurrit. forte ejus rei habet aliquid Euripides.

38. *ult.* aut loco τε leg. est μὲν, aut loco δὲ p. 39. 4. leg. τε.

39. 6 ὁμόνοιαν.] f. εὐδαιμονίαν. *omnium libertatem esse felicitatem maximam. ult.* necessario faciendum cum illis codd. qui Accusativos hic loci vulgatis Dativis praeferunt.

40. 6

40. 6 mallem veterem lectionem διεκινδύνευσαν servatam fuisse. Ter enim Graeci domi suae cum Persis pugnarunt, Marathone, ad Salaminem & ad Plataeas, quas tres pugnas quoque Noster eodem ordine exsequitur.

42. *antepen.* f. ἐ λογισμῷ χρώμενοι, εἰδότες — *ult.* non video, quare proba lectio περὶ τῶν ἀγαθῶν *sermonem de fortibus viris* sollicitetur.

43. 3 πυθέσθαι] scil. τοῦτο. non exspectabant, donec socii sui rescirent hostem irrupisse. Recte Latina sententiam hic loci reddunt.

44. *antepen.* ἐν τῇ αὐτῶν rectum est tueorque. Ejus superenarratio est insequens παρὰ τοὺς ὅρους τῆς χώρας. *in suo solo, penes ipsos suae.* (Atticae) *ditionis terminos, statuerunt devictorum barbarorum monumenta.* Recte locum hunc accepit Philelphus. Nulla pacta, nulla fides jurejurando consecrata Graecis ad Persas fuit. quare neque ὅρκους admittenda lectio, sed cohaeret παρὰ τοὺς ὅρους cum ἐν τῇ αὐτῶν & cum ἔστησαν. Verborum in vulgatis paulo conturbatior est ordo, qui sic poterat facili opera complanari: καὶ ἔστησαν ἐν τῇ αὐτῶν, παρὰ τοὺς ὅρους τῆς χώρας, ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος τρόπαια τῶν βαρβάρων, ὑπὲρ χρημάτων εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἐμβαλόντων.

45. 2 debebat potius dicere τὴν ἑαυτῶν νίκην, sed paullo negligentior & imprudentior hic quidem loci Auctor τῶν προγόνων dixit, respectu sui & sibi aequalium, non hominum Marathonia pugna defunctorum.

46. 8 f. τὰ φύσει ἄπορα πεφυκότα. facile tamen potest vulgata defendi & exponi *leges rerum naturales.* 9 τὰ θεῖα πράγματα] respicere videtur ad defectionem solis, quae praecessit Xerxis expeditionem, aliaque similia portenta. *ult.* paullo durius προδιδόντων sic nude positum absque τὴν κοινὴν ἐλευθερίαν. mallem igitur προσιόντων.

47. 1 f. οἱ δ' οὐκ ἐβούλοντο [scil. ἀμύνεσθαι] ὑπὸ χρ. *hi vero patriae succurrere nolebant propterea, quod proemiis corrupti essent.* *ibid.* ἀμφοτέρους. *interim ambobus erant caussae, quare defensionem patriae suscipere negligerent.* 7 f. ἀμφοῖν deest post δὲ. *ambobus,* Lacedaemoniis puta & Athenienfibus. 8 οὐδὲν. 9 τοῦ πλήθους potest retineri. ἐνδεεῖς τοῦ πλήθους, *numero minores.* quod si tamen aliquis existimet, praemisso ταῖς ψυχαῖς accommodari per omnia sermonem & coaequari, adeoque legi oportere τῷ πλήθει, illi calculum meum adjiciam. deinde lego ἔψευσαν pro ψευσθέντες. *fefellerunt de se expectationem tum Graecorum, quos opera sua defensum iri sperabant, tum Persarum,* in quos stragem majorem, quam pro numero suo, ediderunt.

49. 6 f. οἷος, ὡς μέγας, *quantum, quam magnum & formidolosum periculum.* 9 recte hic habet vulgata. ἄπιστος ita positum est in medio, ut etiam ad κινδύνου pertineat. *quum esset appropinquans* seu *imminens periculum incertum,* anceps, dubii exitus. *penult.* sic distinguo: τῶν ἐν Σαλαμῖνι, οἷς τοσοῦτον — at jam video Marklandum hoc dudum occupasse.

51. 7 aut delendum ὑπὲρ, ut ſcholium ſeduli lectoris, vel tyronis, aut deeſt ἀγωνιῶντας vſ. 8. poſt κινδύνου. 9 ἢ πολὺ πλεῖστον] l. ἤπου πλεῖστον. *ſane plurimum.*

52. 1 videtur membrum hoc proximo oppoſito reſpondere, adeoque legi oportere μετ' ὀλίγων εὐνομουμένων [vel ἐν ἰσονομίᾳ ἀρχομένων] ὑπὲρ τ. ἑ. κ.

52. 8 ad codicis Barocciani monitum legi oportet ἀναμφισβήτητα τὰ ἀριστεῖα. 10 ὁμολογοῦσαν. *periculorum a ſe ſuperatorum magnitudini reſpondentem.*

53. 1 ὕστερον] atqui hoc egiſſe Peloponneſios ante pugnam navalem ad Salaminem conſtat ex Herodoto. 2 Cl. Marcklandus inſertum it ἑαυτῶν poſt τῇ, quod ſi adeſſet, non repudiarem, addere de meo non audeo. videor enim mihi obſervaſſe in more poſitum fuiſſe Lyſiae, ut pronomina interdum omitteret, brevitatem affectans. ſic ſupra p. 33. 9. τῆς ἀσεβείας pro τῆς αὐτῶν ἀσεβείας, quod ibi quoque ſuadet idem Marklandus. ſic 35. 1 τοῖς ἔργοις, pro τοῖς αὐτῶν ἔργοις. 6 ἔχουσιν. 7 aut ὑπὸ τῶν ἑλλήνων legendum eſt, aut potius ὑπ' ἐκείνων. *ab ipſis*, Peloponneſiis puta. 11 διδασκόμενοι δὴ vel οὖν. *docti ergo.*

54. 7 τοῖς ὕστερον κινδύνοις. opponitur enim praemiſſo vſ. 5. τοῖς προτέροις κινδύνοις. *penult.* f. διὰ ζῆλον τῶν ἴσων γεγενημένων, καὶ φθόνον τῶν ἐλάττω [vel ὑπομείω] πεπρακότων. *ob aemulationem parium inter ſe, & invidiam inferiorum erga ſuperiores. ult.* aut ante μέγα aut poſt

δεόμε-

δεόμενοι p. 55. 1. deest aliquid, aut dicendum, hos nominativos esse consequentiae (sic appellant Grammatici) neque abhorrent Attici ab illis. quia tamen eos Lysiae non novi usitatos, & praeterea obscuram dubiamque, ob sequens ἐλάμβανον, hic faciunt orationem, quem in scopulum impegit Cl. Editor, denique librarii extremos vocabulorum fines truncare consueverunt, quos imperiti exscriptores recentioribus temporibus male expresserunt, pro suo captu integratos, quae pestis incredibile dictu est quot locos afflarit, probabile mihi fit, nisi quid omissum sit, de quo non liquet, legendum esse hic ἁπάντων φρονούντων — & ἑκάστων δεομένων.

55. 7 mallem ἁπάξειν. sed de hoc quidem acriter nolim contendere. alius dixisset ἀναστήσειν. *penult.* οἱ τῆς ἡλικίας ἐντὸς recte redditum *impuberes*. Tres erant aetates penes Graecos: ἡ ἡλικία (v. vs. 5.) vel οἱ ἐν ἡλικίᾳ. in aetate militari agentes; tum οἱ ἐκτὸς ἡλικίας, ea aetate jam defuncti & emeriti; denique οἱ ἐντὸς ἡλικίας intra vel infra justam militandi aetatem constituti, qui nondum eam attigissent. v. Dion. Cass. p. 182. 38. ἐντὸς τῶν Ἄλπεων ἐμένομεν. *ad Alpes non accessimus, neque eas superavimus*, & p. 232. 41. ἐντὸς τοῦ Τίγριδος. *antequam ad Tigridem perveniatur*. & p. 757. 12. *ult.* αὐτοὶ μόνοι] posset μόνοι scholium videri. nam αὐτοὶ sufficiebat, & saepe idem atque μόνοι significat, & eo sensu positum atque accipiendum est p. 56. 5. sed non damno. saepe vim & efficaciam sermonis consectantes Auctores ubertate utuntur & exaggerant verba aequipollentia. 56. 4

56. 4 post Μυρωνίδȣ insertum it ἐν Cl. Marklandus, sed plenus & integer hic est locus. nam ἐνίκων vs. 6. dependet a καὶ vs. 1. 6. τοῖς dependet ab ἐνίκων, & subauditur σὺν vel ἐν, vel ἅμα. Ab eodem quoque ἐνίκων repetendum est & suspensum velut τȣ̀ς ἀξιώσαντας. Cave igitur cum ἀπαντήσαντας vs. 8. ea construas. Bene quoque feceris, si commate interposito vs. 8. ἀξιώσαντας ab εἰς distinxeris. Ante τρόπαιον etiam ego quidem punctum velim figi. 10 Verba οἱ μὲν ȣ̓κέτι τοῖς σώμασιν, οἱ δ' ȣ̓́πω δυνάμενοι delenda sunt, ut perperam a superioribus repetita, eorumque in locum sufficienda sunt μνῆμα κατέλειπον. *ult.* κινδυνευθέντα sunt *cum discrimine vitae & contentione corporis magna elaborata.*

59. *antepen.* prospera fortuna, qua usus fuit sub Lacedaemoniorum apud Graecos imperio, stimulavit eum spe atque cupidine eadem in Graecos tentandi, quae Darius & Xerxes tentaverant. *penult.* ἐξήχθην] *paene imprudenti & oblito mei atque invito haec mihi, argumento invitante & abripiente, exciderunt.*

60. 12 incideram ipse quoque in conjecturam, quam deinceps a Marklando deprehendi occupatam, ut alias passim, quas silentio praetereo. Res ipsa eo ducit. Significat Lacedaemonios. v. p. 62. 9.

61. 11 discedo hic a vulgata & iis, qui eam tuentur, proboque quod testes pro fide dignis vel ipsi Editori habiti commendant ἀπελογήσαντο, *sese purgabant.*

62. *ult.* probo Marklandi ἐπεδείξαντο, at vſ. *antepen.* ὅτε ejuſdem non probo. Sunt enim haec commatica articulis exſoluta, qualis locus jam p. 60. exſtat.

65. 5 πῶς] Notatur ex Aldina & aliunde varians lectio περὶ, in quo procul dubio ποῖ latet. 6 f. ἀλλὰ τότε αὐτοὺς εἰκὸς καὶ τῶν ἰδίων μεμνῆσθαι. *At recogitantibus publica mala ut privata ſimul ſuccurrant neceſſe eſt.* 8 τῶν — pendent hi Genitivi. locus non eſt integer. videtur poſt τετελευτηκότων voc. μνήμη deeſſe, & poſt ζώντων, ὅραμα. *ſufficit ad dolorem provocandum meminiſſe liberorum raptorum, & videre alios fructus percipere iſtorum virtute partos.*

66. 5 f. τίνας δ' αὖ. nam opponit mortuis vivos. 9 & 10. λανθάνομεν & προσδοκῶμεν, in Praeſente. 10 ἅπαξ damnandum non eſt. *ſemel moriendum nobis eſſe*, ocyus, tardius. vel poteſt ἅπαξ pro ἁπλῶς accipi, *abſque ulla exceptione, omnes omnino.*

# ORATIO III.

71. 4 rarum eſt verbum ἐπιθυμεῖν ſenſu τοῦ ἐρᾶν, vid. tamen vſ. 7. 6 τὰς συμφορὰς] amor enim, praeſertim impotens, eſt κακὸν θεήλατον. Ratiocinatur ſic: *Oportet vos reputare vobiſcum, nullum eſſe hominum, qui non plus minus amore tentetur, & eum eſſe pudiciſſimum atque optimum, qui calamitatem hanc* [amandi neceſſitatem] *perferat, quam poſſit, modeſtiſſime ac decentiſſime. Quo minus autem ego amoris oeſtrum, qui me pu-*

*pugerat, decenter tolerare & superare potuerim, ejus rei in culpa est hic Simo.* vel etiam in τὰς συμφορὰς respicit ad vulnera ob amatum juvenem ab ejus rivali Simone accepta, sed de quibus tacere, quam queri satius duxit actor. v. p. 73. 4. 10 f. ἠξίουν ποιεῖν εἶναι. *me decere existimabam, ut efficerem illum mihi amicum beneficiis.*

73. 1 ut Taylori mutationem probem, veterem lectionem improbem, nondum effecit V. Cl. citandis exemplis, quae id docent, ἐκστῆναι τῆς ὁδοῦ significare *decedere de via*, at non id, quod oportebat, idem quoque interdum merum ἐκστῆναι notare. Nemo erit Graece doctus, qui legens hic loci ἐκστὰς non miretur significationis imputatae insolentiam; nam notat alias modo usitato *animi impotem, extra se raptum.* atqui ἐνστὰς aptum & probum est. *Non satis habebat Simo,* ait accusatus, *me pugnis verberare, etiam* ἐνστὰς *urgens suum coeptum lapidibus me petebat.* Si id voluisset auctor, quod interpres ei tribuit, dicturus potius fuisset ἀπόθεν στάς. potest ἐνστὰς etiam ad reum referri, & comma post illud vocab. poni, ut sit: *quia vero eum repellebam & ulciscebar instans & urgens verberibus, petiit me lapidibus.*

75. 6 καὶ ταῦτα μὲν] scil. ἐστὶν. 7 οὗ οὔτε *ubi neque — & hae quidem sunt locorum temporumque rationes, ubi Simo ait pugnam contigisse, ubi neque ipsorum, neque nostrum quisquam mali quidquam passus fuit.*

76. 11 τυπτέντων ἐμαυτόν. vid. p. 83. 8.

77. 1 promovendum comma pone μετὰ ταῦτα. *quam primum mihi ab illa pugna in foro semitave occurrerunt.*

78. 4 διαπεάττεσθαι] subaudi τὴν δίκην.

80. 2 f. πρόνοια. ἃ ἐγὼ, nisi malis cum Stephano facere.

82. 9 bene habet hic locus, & *significat tanquam in damnum & caput meum instruens illam praemeditatam aggressionem.* quod conjicit cl. Editor, id a graeca structura & indole abhorret. Saltim, id si voluisset, dedisset ὡς παρὰ τὴν προτέραν ἐμοῦ διάνοιαν. sed abit ea sententia, quam oratori imputat, ab ejus mente, & hiat oratio, si eum sequimur. nam ἐξευρίσκων· quidnam? hoc reticetur. *penult.* ὡς ἐγὼ] scil. Simonem & ejus satellites. τὴν ἐπιβουλὴν καὶ τὸ σκευώρημα τοῦ Σίμωνος ἐφ' αὐτόν.

83. 5 ταῦτα μὲν εἰκότα. *non igitur licet cuiquam sic occurrere: esse quidem haec modo a me dicta probabilia; at Simonem tamen cum suo satellitio non ita se, ut ego ajo, sed aliter gessisse.*

84. 2 καὶ ἐδίωκον τὸ μειράκιον. *ult.* χρόνοις] *annis integris*, non uno, sed pluribus, *post.* χρόνος pro *anno* valde frequens apud Graecos, recentiores maxime.

85. 7 τινὰ, in singulari.

86. 9 ἐπ' ἐκείνοις. *pro virili sua, quantum in se voluntatis atque studii esset.* nihil in iis defuisse, quo minus &c. in κατέχον subauditur ἐπὶ τὸ τέλος. navis ad terram appellens dicitur κατέχειν. Sic homo ad finem voti & instituti sui perveniens dicitur κατέχειν, *appellere*, hoc est pervenire.

venire eo, quo volebat, voti sui compos fieri. *antepen.* ἐκ παιδικῶν brevius & obscurius dictum pro ἐξ ἐρίδων ὑπὲρ παιδικῶν. *ult.* ὄντως ὑμεῖς. illud καὶ natum est e sigmate. Nam compendium scripturae, quo Graeci librarii καὶ significant, est literae ς figura simillimum, unde plurimi nati errores.

87. 1 ποιήσαισθε in optativo. 2 aut τοῦτον aut τὴν διάνοιαν. *ult.* vulgatam hic loci recte habere nullus dubito. *ut solus ille totius exercitus pessimus ab imperatoribus praeconis voce declararetur, qui ad id temporis officii sui observantissimus fuisset habitus.*

# ORAT. IV.

90. 3 μὴ bene habet. constructio: ἀρνεῖσθαι μὴ συγχωρῆσαι ἡμᾶς χρῆσθαι αὐτῇ κοινῇ. *negare nos unquam consensisse in usum illius communem.* *antepen.* ἐβουλόμην non est *vellem*, sed *volui.* ἀπολαγχάνειν primum est *excludere numero judicum & jure victoriam alicui adjudicandi & victorem renunciandi.* id quod erat judicum suffragiis delectorum. alterum autem ἀπέλαχε puto significare *abrogavit sua sententia victoriam nostrae tribui, eamque in aliam tribum contulit.* Sententia verborum ἔγραψε μὲν ταῦτα εἰς τὸ γραμματεῖον videtur haec esse: *tabulis conditis condixit pronunciaturum secundum tribum nostram, eique chororum victoriam attributurum.*

91. 5 αὐτὸν οἱ] est trajectio non infrequens. planior & solentior verborum structura esset οἱ αὐτόν.

αὐτόν. 8 f. εὑρήσομεν ὅτῳ αὐτὸν ἀποκτενοῦμεν. nam eos habuiſſe lagenam vini, ὄστρακον, in manibus, tum, quum in aedes vulnerati irrumperent, conſtat e ſequentibus vſ. 10. ubi ait, ſe μετ' οἴνου veniſſe. Atqui hoc aliud nihil eſt quam μετ' ὀστρακίου vel κεραμίου οἴνου. ait igitur reus: Nos, ſi animo eum occidendi in domum ejus irrupiſſemus, non fuiſſemus ita temere & nudi, inermes, ut hic in judicio adſtamus, irrupturi, quum ſcire non poſſemus, ſimusne inventuri penes eum aliquid, quo ipſe de medio tolli poſſet. poteſt quoque legi: εὑρήσομεν ὅπλον τι, ὅτῳ αὐτὸν ἀποκτενοῦμεν. *penult.* tueor equidem δύσερως ob ſequentia. *vult etiam pellicem tenere.* miſere itaque amat.

93. 5 γε] l. τε. *ult.* καὶ] l. ἔπειτα. nam alias pendebit πρῶτον praecedens.

94 *penult.* προσήκει] *nam meae quoque partes ſunt in iſta libertate.* Locus ſanus eſt.

95. 1 Conjecturae ad hunc vexatum locum variae animum meum ſubierunt. Viſum aliquando fuit δεδωκότι, tum εἰ [vel ἐὰν, vel ὅταν] ἔδωκα. & hanc emendandi rationem confirmat locus ſimilis p. 176, 5. ſed vid. ibi notata. Placuit porro quoque ingenioſa Marklandi conjectura, quae tamen ex more Graecorum verba ſtruendi ſic videtur refingenda eſſe: εἰ ἧς μὲν εἰς λύσιν. Tandem acquievi in eo, ut credam, vulgatam alio nullo vitio, quam male collocato μὲν laborare, id quod inter εἰ & εἰς videtur commodius collocari. Hoc admiſſo, δεινόν γε erit periodus perfecta & ſeorſim per ſe ſubſiſtens, quam orator

orator videtur inter pronunciandum quiete nonnulla spiritus distinxisse, & ab εἰ μὲν εἰς nova ordietur. Ejusmodi abrupta oratio stomachantes mirifice decet. Similis est locus p. 110, *antepen.* 6. Colligo ex hoc vs. illis, qui aliquem aere suo ex hostium potestate redemissent, jus fuisse redemtum & in libertatem datum, si erga se ingratus & injurius esset, vendendi; quale jus Romae patronis in libertos quoque fuit. 8 εὐπορήσαντι idem est atque ἐκπορίσαντι, puta τὸ ἀργύριον. *ille, quem bello captum domini pretio dato mittere volunt, potest, etiamsi non ego, neque ille vel ille id faciant, comparata aliunde pecunia domum redire.* ἀνακομισθῆναι. ita puto legendum, scil. ἐπ' οἶκον. 10 f. αὐτὸν περὶ παντὸς ποιοῦνται *majoris quam alia omnia faciunt.* id enim praefero illi, quod antea conjiciebam, αὐτὸν προαιροῦνται, vel προθυμοῦνται, quia illud nervosius. αὐτὸν autem recte habet. *ipsum hominem, ipsum corpus.* opponitur *argento.* non accipiunt *argentum,* sed student *ipsum hominem* patria ejicere. 11 ἀποδέχεσθαι αὐτοῦ recte habet, neque opus est illo sententiae supplemento, quod si adest, non repudiatur, si abest, non desideratur.

96. 2 ἐφ' οἷς recte habet. *fide digniorem in illis rebus, circa quas* vel *de quibus* — ἐν οἷς, ὅπου. 3 ᾔδεσαν ἔχοντας [vel πράττοντας] ἐλθόντας ἡμᾶς. *quae norunt servi nos in manibus habuisse,* aut *egisse, tum, quum in accusatoris aedes intraremus.* 7 nescio, quae caligo Cl. Editori se objecerit, ut probam lectionem distinctionemque Edd. veterum mutaret, ἢ pro τε sufficeret,

ret, eoque orationem olim ſtantem in caſum daret. *ſi ſervos ejus ad quaeſtionem vocemus, facile illi adverſus me aliquid, hero ſtolide ſimul atque praeter veritatem gratificantes, mentiantur.* ſtolide gratificatur ſervus hero in judicio, ſi cum damno ſuo ea, quae ipſi faveant, edicat, quae ipſum mentitum fuiſſe reus, acrioribus pelli ſervili ſtimulis & tormentis admotis, evincat. 9 ἀργύριον] ſubaudi ὑπὲρ αὐτῆς. 10 ἤδη] l. δή. 11 bene habet ἐ λήσει ἐδὲν ἐν ταύτῃ. *in hac foemina,* id eſt, per eam, vobis, o judices, *nihil totius rei latebit.* totam rem haec a capite ad calcem enarrabit. deinde lego ἔγωγ' οὖν βλάβος μὲν ἂν ἴσον εἶχον — *ferendum mihi quidem non minus erat damnum, quam adverſario, ſi haec femina, ſerva non minus mea, atque ejus eſt, tormentis ſubjecta corpore vitium contraheret; nihilominus tamen aleam hujus periculi jacere volui.*

97. 2 Reus καταφεύγει εἰς τινα, quando relationi & teſtimonio advocati teſtis, ſeu ingenui, ſeu ſervi, confidit, eique ſe acquieturum ait, & ad illud teſtimonium provocat, illud exigit & urget. contrarium qui facit, ille ἐ πιςεύει, non fidit teſti, ſed veretur, ne adverſa ſibi referat, ideoque cauſſam ſuam ejus fidei committere recuſat. 5 eleganti, felici, peracutae, facili, certaeque Marklandi ad h. l. conjecturae, dotibus omnibus verae Critices dotatae, per omnia lubens meritoque ſubſcribo, praeter extremam vocem, quae mihi videtur cum προενοήθην vel πρενοήθην mutanda eſſe. *penult.* num ἀλλὰ ἔλαττον ἔχων ἐν παντὶ τῶν πάντων. *civibus omni-*

*omnibus libenter rebus in omnibus primas partes concedens.* commendat suam modestiam. vel ἀλλὰ τῇ ἐπιεικείᾳ καὶ μετριότητι [vel κοσμιότητι] ἐδενὸς ἐλάττων ὢν τῶν πάντων. *quamvis nemini modestia & probitate concedam.* ult. τέτες] cum indignatione & contemtu pronunciandum. *propter hos*, scortum & ancillam, & adversarium, ejus amicum & defensorem. Caeterum nil video, quare oratio haec Lysiae debeat abjudicari. tota oratio sapit ejus ingenium, & ipsa caussa cum superiore nihil aliud commune habet, quam quod ambae circa vulnera ex industria inflicta versentur, sed personae, tempora & res omnes reliquae toto coelo discrepant.

# ORATIO VI.

103. 2 aut ἀπόζειν legendum aut τὸν ἄρτον καὶ τὴν μάζαν. 4 ὅτι prodit excerptorem. Excerpta solent ab ea particula incipere. Fames illa, qua periisse dicitur sacrilegus in praemissa historia non fames fuit, sed furor, quo Ceres sui fani violatorem ulta fuit. Nam per furorem existimans stercus olere appositas dapes, noluit illas gustare, & sic fame periit. 5 ἐπάλλυ, φάσκων αὐτοῖς σύνεργος εἶναι. penult. γὲν. *nam aequum mihi sane videtur tunc in hac re dicta vobis in memoriam nunc revocare.*

104. 1 f. ὑφ' ἑαυτῆ. 4 primum id dubio vacat transpositis vocabulis legendum esse ἐπισαμένοις ἐναργῶς, ὅτι. *tam certe scientibus, ut rem exploratam & controversiae exemtam atque liquidam.* deinde dubium est quo de numine sermo

 hic

hic sit. si recte habet τῷ θεῷ τέτῳ, *huic Deo*, cui apte congruit τιμωρεῖτε, nam τιμωρεῖν τινι significat *debitas alicui vindicias juris & poenarum ab altero praestare*, v. p. 108, 9. necesse est κολάζοντες excidisse aut post τιμωρεῖτε, aut post ἀδικῦντας. quod si autem de Cerere & Proserpina sermo est, quod volunt docti viri, legend. est ἐπιςαμένοις ἐναργῶς ὅτι τὼ θεὼ τέτω τιμωρεῖσθε τὲς ἀδικῦντας. *certo scientibus, vos illos ulcisci, qui ambas has deas violaverint.* nam τιμωρεῖσθαί τινα, *ulcisci aliquem, poenas ab eo expetere*, dicitur. & constructio est τιμωρεῖσθε τὲς ἀδικῦντας τὼ θεώ. sed insolentior est Lysiae haec verborum structura. ergo malim legere ἐπιςαμένοις ἐναργῶς ὅτι τοῖν θεοῖν τέτοιν τιμωρεῖτε κολάζοντες τὲς ἀδικῦντας. *ult.* si tuto licet in fragmento affecto, in cujus superioribus amissis quae fuerit sententia, non constat, conjecturam periclitari: videtur auctor dixisse πάντα ἀπάνθρωπον ὄντα ἑαυτῷ καὶ ἑτέρῳ ἔσεσθαι. *ita enim de illo existimare oportet, quicunque immanis in semet* (& suos familiares) *fuerit, illum eundem in alios quoque fore.*

105. 4 Facio cum Palmerio, dissentiens in eo solo, quod vs. quinto ἐν τῷ Ἐλευσῖνι lego. nam Ἐλευσῖνι dicebatur, non Ἐλευσίνισι, quando significandum erat oppidum agri Attici.

106. 5 post ἑορτῆς deest παρέσονται aut ἀφίξονται vel simile. Caetera sana sunt hujus loci. Nam non omnes Eleusinem veniebant eo, ut sacris initiarentur, sed quidam ut sacrificia peragerent, hoc est, hilaria & repotia. nam quod nobis

nobis dicuntur hodie *Festint*, *Bals*, *Schmause*, *Gastereyen*, id veteres appellabant *sacrificia*. quia peractis sacris in fanis epulabantur. Alii veniebant spectatum, alii, paucissimi ii quidem, ut sacris initiarentur. θύειν εἰς τὴν πανήγυριν est *epulari die festo*, aut *diei festi-ergo*. 9 nihil hic deest. ad efficiendum, Andocidem nemini posse ignotum esse domi forisque, utitur argumento gemino; primo, quod insignia in utramque partem facinora clarum auctorem ad quoscunque faciant; Andocides autem multis infandis sceleribus infamem se fecerit. altero, quod Andocides multas regiones ipse adierit multisque sui spectandi copiam dederit. πόλεις hic loci sunt id, quod nos appellamus *Status* vel *respublicas*, adeoque Sicilia caeterarumque regionum hic nominatarum unaqueque recte πόλις, *un état*, appellatur.

107. 6 οὐδὲν delendum.

108. 2 f. ἀνατὶ, καὶ καθεσθῆναι [vel ἐξετάζεσθαι] Ἀθηναίων ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. *sibi licere venire in forum, adire fana deorum impune, sedere quoque in senatu Atheniensium.* 5 καθ' οὓς Εὐμ. ἐξηγοῦνται] *juxta quas leges vobis consulentibus Eumolpidae respondent*, docentes vos ritus in quaque re dubia religiosos. 7 ἡγεῖσθαι] pendet hoc a superiore Φασὶν. *ajunt Periclem* — *dixisse, se putare.* 9 verba μᾶλλον ἢ ἧττον bene habent, locumque, quem occuparunt, debent tueri. *decem plus minus dies.* ult. f. καίτοι πεποιηκὼς αὐτὸς (vel αὐτὸς οὗτος, ut p. 120, 2:) ἃ πεποίηκε. Verbum ἔλαχεν Cl. Interpres recte reddidit *ad probandum accederet*. Nam λαγχάνειν

χάνειν δίκην tum dicitur accusator reo, quando caussam in judicium introducit, curatque judices sorte ductos sibi sedere ad audiendum & pronunciandum.

109. *antepen.* f. καίτοι οὐχὶ δεινὸν, εἰ οὐ μόνον οὐχ ὑπὲρ αὐτοῦ — *atqui, annon grave est, cum non solum pro se nihil afferre, sed etiam praeterea alios accusare?* *ult.* f. καταδέχεσθαι τοὺς ἀσεβεῖς, ἀδικοῦσι, καὶ τοῦ αὐτοὺς τοῦ αὐτοῦ ἀσεβήματος μετέχειν, αἴτιοί εἰσιν. *illi, qui privati* vel *suprema auctoritate carentes popularibus imperant, ut alios sacrilegii & impietatis insimulatos quidem, at non convictos, in communionem sacrorum rerumque cum civilium, tum privatarum recipiant, injurii in eos sunt, & in caussa sunt, ut recipientes contagio criminum eorum, quibus recepti tenentur, contaminentur.*

110. 1 εἰ δ' ὑμεῖς αὐτοκράτορες ὄντες ἐπιτάττητε, αὐτοί ἐστε οἱ ἀφελόντες — ἀλλ' οὐχ οὗτοι αἴτιοι ἔσονται. *quod si autem vos, penes quos summa rerum potestas est, tales impuros in communionem rerum omnium admitti jubeatis, vosmet eritis ipsi illi, qui deos honoribus juribusque suis spoliant; non hi erunt culpandi,* rei puta. 8 f. καὶ πολλοὺς ἤδη ἀφίεσαν, οὐδὲν δόξαντας ἀδικεῖν. *& multos jam absolverunt Areopagitae insontes sibi visos.*

111. 1 non improbabilis est conjectura Taylori ἢ τραύματος ἐκ προνοίας scholium esse, quod irrepserit. quod si tamen mitius agere, neque exigere velis, potest aut εἰ τραῦμά γ' ἐστὶν vel ἦ, aut τῆ τραύματος legi. *dummodo vulnus desti-*

*destinato consilio illatum fuerit.* aut *juxta poenam vulneri meditato statutam.* nam in τῇ subauditur δίκῃ. 2 tantum abest, ut deleri debeat, ut potius elegans sit μὲν. iterat enim & fulcit veluti superius μὲν p. 110, *antep.* solent Graeci in longioribus periodis, & quae multis membris continentur, μὲν & δὲ iterare. 4 f. ἐδ' αὐτὸν κωλύσετε τῶν ἱερῶν ἐπιβαίνειν, ἐδ' εἰσιόντα τιμωρήσεσθε. 5 μὲν] l. μὴν. 7 f. τῶν Ἑλλήνων τινὰς πολλὲς. hoc postremum non cohaeret cum τινὰς, sed diversi sunt accusativi & constructio haec est: Φασὶ τῶν Ἑλλήνων τινὰς ἐξείργειν τῶν παρ' αὐτοῖς ἱερῶν πολλὲς [τῶν παρ' ἡμῖν ἀσεβησάντων] διὰ τὰ ἐνθάδε ἀσεβήματα. Vulgarem interpretandi rationem affectanti necesse est, ut αὐτὸν addat post ἱερῶν vs. 8.

112. 9 δεδιὼς τὰ πεποιημένα] id est τὰ ἀπὸ τῶν πεποιημένων, τὰ ἐπίχειρα τῶν πεπ. *ea, quae consequi sua scelera & sacrilegia par erat.* 10 τὴν θάλατταν ἔπλει] *mare exercebat navigando,* comparata nave, in qua merces mercatorum traducendas conducebat, nauclerum agebat. hoc est quod proxime ante dixerat ναυκληρίας ἐπιθέμενος, *animo ad naucleri munus gerendum, ad naucleri personam induendam adjecto.* De Andocide sermo est, non de Diagora. v. p. 128, 1. ubi recte vertit Interpres. *ibid.* ὑπῆγεν] verbum ὑπάγειν est hac in re proprium & judiciale. subauditur τῇ δίκῃ, τῷ δικαστηρίῳ, τῇ τιμωρίᾳ. *penult.* ἐπὶ τῇ ἐμῇ προφάσει recte accepit Interpres. *me occasionem poenis dante.* me instruente litem, cujus is erit exitus, ut poenas det scelerum.

113.

113. 1 f. ὅτι οὔπω δέδωκεν deest post γένοιτο. *non miror eum poenas nondum dedisse.* 2 post δίκη videtur aliquid deesse, e. c. ἣν ἐνίοτε διαφεύγειν ἐστί. τῆς δὲ θείας οὐδεὶς κρείττων, *sed haec quidem,* de qua loquor, *animadversio* vel *punitio est humana, quam interdum effugiunt. at divinam nemo fallit.* 9 τούτων. *penult.* καὶ εἴ τις] scil. ἄνθρωπος. *Andocidae eique similium, si qui alii adhuc sunt tales.*

114. 6 ἐλπὶς hic loci est *conditio, sponsio. qui potest fieri, ut deus mentem illius insania non corruperit, qui tolerabilius sibi putavit fore, ideoque maluit, vinculorum ipse sibi poenam statuere, ni praestaret servum, quam argenti mulctam sibi irrogare, eadem conditione,* seu *ni idem efficeret.*

115. *antepen.* μηδ' ἀδικουμένω ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν αὐτὸν αὐτῷ δύνασθαι. *penult.* οὐδεὶς γὰρ —] objectio haec est in persona Andocidae facta, quam mox refellit p. 116. in verbis: οὐδὲ γὰρ ἔργα — *Atqui,* ait Andocides: nemo hanc ob caussam notatus infamia fuit. Bene respondet Lysias: verum nemo etiam fuit, qui talia perpetravit, qualia tu.

116. 6 recte hic omnia habent. *postquam deus otium quadringentorum nobis fecisset.* Nam cum CCCC Viri non nisi quatuor menses obtinuerint, facile conciliari in tantillo spatio temporis illi possunt, qui Andocidam sub tyrannis illis rediisse in patriam perhibent, cum illis, qui rediisse abrogatis. Ipse Lysias p. 117, 2. ait Antocidam εἰς δημοκρατίαν καταπλεῦσαι. Deinde λήθην διδόναι non dicitur deus graece, quando finit

 homi-

hominem errore occoecatum in vitia pronum ferri. neque λήθη id est, neque διδόναι. Nam διδόναι rem jucundam accipienti dono datam & indultam significat. saltim λήθην ἑαυτȣ̃ ἐμποιεῖν dicerent; neque illud ipsum cuiquam unquam dictum fuit. *penult.* εἰς] l. ὡς. *quoquo locorum veniret, quam primum appelleret, rursus inde fugiebat.* ἀφίκοιτο bene habet.

117. 1 ἐκεῖθεν] e Cypro puta iisque omnibus locis, unde vix salutatis fugisset. 4 recte vidit Scaliger ἐνθάδε legendum esse. *prytanes pecunia sollicitabat, ut se huc,* in concionem, *introducerent,* tanquam civem honestum, quo ipsi non licebat accedere, civium albo expuncto & infamato. Prytanum autem erat cives ab exsilio revocatos, aut infamia liberatos, in concionem & jura civitatis reducere, & coetui exhibere atque commendare. 10 f. δὶς ἐπὶ τῷ αὐτῷ. *ult.* non βιȣ̃ν delendum, sed τὸν. potest quoque legi τȣ̃τ' ἐστὶ τὸ λεγόμενον, βιȣ̃ν βίον ἀβίωτον.

118. 1 ἐπινοεῖν rectum est. *quae instituta comminisci deus ipsum finit, non quo per ea salvus evadat.* 3 f. sic integrandus locus: ȣ̃τω προσῆλθεν ὑμῖν αὐτὸς [vel αὐτόκλητος] ȣ̓χὶ, μὴ ἀδικεῖν πιστεύων. *ita ipse ultro ad vos se recepit, non confidens suae a sceleribus puritati. antep.* παρασκευάζεται τῇ πόλει nihil habet, unde merito culpetur. τῇ πόλει quare nequeat accipi pro τῇ πολιτείᾳ, non video. Quis autem offenderet ad dictionem παρασκευάζεσθαι τῇ πολιτείᾳ, quod idem est atque πρὸς τὴν πολιτείαν. *sese accingere ad gerendam rempublicam,* ut p. 334, 2.

ὑμῖν

ὑμῖν δαπανᾷν, pro εἰς ὑμᾶς. Deinde autem legendum transpositis vocabulis καὶ πράττει ἤδη, καὶ δημηγορεῖ. *accingit se gerendae publicae rei, jam gerit eam & concionatur.*

119. 1 προσόδων] quum vocabulum hoc undique septum sit aliis ad rem sacram pertinentibus, videtur haud recte de aliis praeterquam sacris vectigalibus accipi. Sunt autem sacra vectigalia reditus ex agris, pascuis, lucis, qui numinibus consecrati essent. vid. a Viris doctis Tayloro & Corsinio ad Marmor Sandvicense dicta, Marklando ad Lysiam p. 548. 5. πολιτεύεσθαι hic loci non est *rempublicam administrare, civitatem regere*, sed *vivere in civitate*, quoquo modo. cujus significationis exempla plura proferam in notis ad Polybium. sic infra p. 145, 7. πολιτεία est *vivendi ratio*. 168, 5. *jus civitatis*. 198, 12. 292, 2. 7 ἀχολίαν] imo vero εὐκολίαν.

121. 3 aut post ἄστει addendum ἃς, subaudi συνέθεντο, aut potius loco τῶν legendum ὧν, eodem pariter verbo subaudito. 5 f. ὥστε καὶ τούτου τῶν συνθηκῶν ἀπολαῦσαι. ἀλλ', οὐ μὰ Δί', ἕνεκά γε τούτου — 7 μετέδομεν] atqui nunquam id factum. olim vulgabatur μετέδωκε. unde efficerem ἐπειδὴ καὶ τούτῳ μετεῖναί τι δοκεῖ τῶν συνθηκῶν. *quandoquidem Andocides quoque se sub illo foedere contineri ejusque participem esse existimat.*

122. 1 recte vidit Taylorus ab ἀλλὰ incipere novam sententiam, objectionem ironicam. ἀλλὰ Λακεδαιμόνιοι γὰρ — illud γὰρ refert Latinum *nempe, nimirum, scilicet. Atqui*, inquiat ali-

aliquis, *Lacedaemonii eum foedere complexi sunt, scilicet, quod bene passi essent ab eo.* Hic desinit ironica objectio interrogantis modo prolata. Respondet orator οὔ. haec enim particula excidit ob finem proxime praemissae vocis αὐτοῦ. *Neutiquam.* Novam sibi caussationem obmovet orator: ἀλλ' ὑμεῖς — *at vos tamen ejus rationem habuistis.* illud γε Latino *tamen* exprimitur. *licet Lacedaemonii non habuerint, at vos tamen habuistis. antepen.* novum argumentum, quo Lysias significat Andocidam studere effugere & eludere judices. Dicet nempe Cephisium accusatorem suum iisdem teneri criminibus, quibus ipse teneatur. Respondet Lysias: forte verum ait Andocides hoc quidem. oportet enim nil dissimulare. verum separandae sunt caussae, & postquam punitus fuerit Androcides, caussa Cephisii quoque agitabitur, & reus deprehensus poenas ille quoque dabit, & sic nostrum unusquisque, quorum nomina Andocides jamjam deferet.

123. 3 Recte conjiciunt Taylorus & Marklandus ἑτέρων, idemque mihi quoque succurrebat hunc locum legenti. Exemplis a Tayloro ad hanc dictionem illustrandam allatis, juvat alia quaedam adspergere. Est enim non de tritissimis. ὀργὴ ἑτέρων pro ὀργὴ καθ' ἑτέρων, vel εἰς ἑτέρους. *animadversio in alios.* Ita Diodor. Sic. II. 92, 37. dixit: σπουδὴ ἐκείνων, *studium erga eos.* ἡ τοῦ κοινοῦ εὔνοια, *benevolentia erga rem publicam* legitur apud Dion. Cass. p. 90, 45. conf. ejusdem p. 28, 58. & 81, 47. Apud eundem habes p. 89, 7. ἐπιστροφὴ σφῶν. *ani-*

 *mad-*

*madversio erga eos.* 4 ἀποψηφίσησθε bene habet. *nolim eum absoluatis.* 5 ἐὰν αὐτὸν κολάζητε. 8 τῶνδε] id est τῶν παρόντων.

125. 3 probe Codex Coislin. πάνυ δεῖ ἀγαπητῶς. videtur igitur ad hanc normam locus hic ita constituendus & integrandus esse: πάνυ δεῖ, ἀγαπητῶς ὑφ' ὑμῶν αὐτὸν σωθέντα, ἡσυχάζειν. *eum oportet secum habitare, qui quidem, quod a vobis aegre salutem impetravit, pro magno beneficio & insperata felicitate reputare debet.* 5 πότερον] scil. δεῖ σκέπτεσθαι.

126. *ult.* γενόμενον.

127. 1 potest ferri τῇ πατρίδι, Dativus pro Genitivo. schema hoc in tragicis frequens. planior tamen Noster & parcior istiusmodi figurarum est. quare malim τῆς πατρίδος, praesertim cum hae terminationes plerumque recentioribus librariis & editoribus debeantur, veterum librariorum compendia, quibus illi vocabulorum extrema significabant magis, quam exprimebant, non assequentibus. *penult.* f. sic integres locum: τρόπυς εἰσέφερε. ποίαν εἰσφορὰν? ἀνθ' ἧς τὶ τύτῳ ἀγαθὸν γένοιτο, ὃς καὶ ἐπιςάμενος. *Verum* (est objectio pro Andocida ab ipso Oratore facta) *opibus pollens & gratia regum contulit in rem publicam.* Respondet Orator indignabundus: *quam tandem collationem? cujus in compensationem quod ei bonum tribuat, qui, cum sciret* —

128. 1 f. ὐκ ἐτόλμησε· τῷ κέρδει ἐπαρθείς. 4 ἀνακαλεσάμενος bene habet. ἀνακαλεῖσθαι τὰ ἁμαρτήματα est, quod Latini dicunt, *re-*

*pre-*

prehendere, id, quod effugit jam, reprehendere, injecta manu retrahere, rem velut in integrum & pristinum statum restituere. Quod V. D. ad h. l. conjicit, plane pugnat sententiae auctoris. nam si id voluisset Lysias, quod doctus Anglus, Marklandus, ipsi imputat, μηνύσας vel φήνας dixisset, ad extremum ἀνακαλύψας in activo, non in medio. at verbum ἀνακαλύπτειν foro non erat receptum. Recte locum accepit Interpres & eleganter reddidit. quod si tamen mutatione hic loci omnino sit opus, mallem equidem ἀνακεσάμενος. 7 significat festum Cereris, Eleusinia mysteria. Seitum est artificium, quo rhetor hic usus fuit eo, ut auditores attentos faceret excitaretque ad considerandam rei, Andocidae, scelerum atrocitatem. Vos, ait, ea jam toties audivistis & vidistis, ut, quamvis atrocissima sint, sensus tamen vester hebes jam sit factus, opusque habeat, ad perspiciendam eorum gravitatem, monitore, qui vobis criminum illorum foeditatem ob oculos ponat, jubeatque vos tanquam coram cernere. καταπλὴξ hic loci est, qui malorum crebritate & magnitudine, quae expertus fuit, ita obbrutuit & occalluit, ut nihil jam porro sentiat.

129. 2 εἶπε γεγωνῇ τῇ φωνῇ. 3 θεῶς delendum est. forte quoque οἷς scribendum loco ὃς, quo aptius cum θύομεν cohaereat. alias me non fugit νομίζειν tam cum Acc. quam cum Dativo construi. 6 παλαιὸν ego quidem non moverim. respicit enim ad tempus. potest aliquid παλαιὸν esse, quod tamen ἀρχαῖον non est, & rur-

 sus

ſus ἀρχαῖον poteſt eſſe, quod παλαιὸν non eſt. Eſt autem παλαιὸν *antiquum*; ἀρχαῖον, quod ab initio rerum aut reipl. cujuſdam ſemper ita fuit, nulla mutatione. Iam ſi res publica quaedam non admodum vetuſta eſt, poteſt aliquod inſtitutum ἀρχαῖον quidem eſſe, at non item παλαιόν. In re publica contra pervetuſta poteſt aliquod inſtitutum παλαιὸν quidem eſſe, at non item ἀρχαῖον, ſi alia inſtituta praeceſſerint, quibus abrogatis id ſucceſſerit. Conjungit quoque ἀρχαῖα & παλαιὰ Libanius in Orat. 2. earum, quas Bongjovanni Venetiis A. 1754. edidit p. 17, 12. Philoſtrat. p. 246, 1. Euſebius H. E. p. 16, 22. Themiſtius p. 232, 5. Ita quoque Plinius in Panegyrico: *vident ducem Romanum unum ex veteribus illis & priſcis.* 7 poſt παρελθὼν comma eſt ponendum. neque enim cohaeret cum τὸν νόμον, neque παρελθὼν τὸν νόμον ſignificat *ſpreta lege, transgreſſus legem:* (Graeci ſic efferre non ſolent, ſed παραβάς.) ſed ſtat per ſe ſeorſim, & proprie ſignificat *progreſſus in publicum*, Latine autem ſenſu tenus recte vertas *poſita pudore, impudenter.* τὸν νόμον cohaeret cum βιασάμενος. *penult.* veram lectionem praeſtat Cod. Coiſlin. quam oportebat in textum recipere.

130. 8 Vix puto *Zacorum* Athenienſium aliquem nomine proprio appellatum fuiſſe. num Ζωπύρȣ. ſed hoc nomen eſt barbarum.

ORAT.

# ORATIO VII.

133. 5 ἄπορος ἀγὼν est *anceps*, *intricata caussa*, unde se reus expedire nequit. v. p. 134, 2. *penult.* πυνθανόμενοι] scil. annon sacras oleas excidissem.

134. 2 aut ἀποφεύξαι legend. aut ψεύδη ἀποδεῖξαι. 4 ἀλλ' ὑμῖν] aut cum Scaligero παρ' ὑμῖν, aut ἐν ὑμῖν. 5 ἀκέσαντες] f. ἅπαντος. 6 recte Cod. Coislin. τῆς ἐσίας.

135. *antepen.* post καὶ videtur ὅτε vel ὅτι deesse, quo admisso punctum versu *penult.* commate mutabitur, & nihil praeterea loco ad integritatem deerit.

136. 2 ἰδίαις ἐλαίαις καὶ μορίαις] id Stephano, ni fallor, debetur. Editio Aldina & Codd. msti dant ἰδίαις καὶ μορίαις ἐλαίαις. miror itaque quare non etiam p. 144. *pen.* mutarint. Ego equidem rectam puto lectionem Aldinam, & alterius loci lectionem vulgatam ausim adversus Marklandum tueri. Nam quod ibi Lysias ait, Areopagitas esse inspectores τῶν μοριῶν ἐλαιῶν, *publicarum* vel *sacrarum olearum*, id non excludit eos a cura caeterarum quoque privatarum. Recte autem μορία ἐλαία dicitur, & haec est plena dictio, altera, quando μορία sola nominatur, est imperfecta, & posterius vocab. debet ubique tum subaudiri. μορία non est Substantivum, sed Adjectivum. μόρος, ut τέμενος, erat portio agri numini aut civitati sacra, quam ad se trahere & privatis usibus exercere privato non licebat. Ergo μορία ἐλαία erat olea stans in

τῇ μόρᾳ vel pertinens ad eam. 8 ἀπό τινος ἀζήμιος γενέσθαι est bene Graeca dictio & nullo modo sollicitanda.

*postquam de suo consilio ad fratrem retulisset;* fateor tamen, neque rationem hanc interpretandi, neque lectionem mihi placere, neque conjecturas meas σιγῶν vel σιωπῶν, *tacite, clam,* item ἀπιὼν et πείθων mihi satisfacere. 8. χρῆσαί οἱ, ὅ, τι εἴη. *ibid.* προσδεῖν, *deesse aliquid ad implendam summam necessariam.* est idem atque ἐνδεῖν. *antepen.* f. ἐπιστολῶν δὲ ἡκουσῶν αὐτῷ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκ Κύπρου, μηδενὸς ἀπορήσειν, ἠρημένον — *acceptis a patre literis e Cypro, quae spem ipsi facerent, nihil ei defuturum esse.* ἀπορήσειν est vetus proba lectio, quam ipsa sententia flagitat, et quae introducenda esset, etiam invitis libris, nedum jubentibus restituenda erit.

340. 1 e vestigiis lectionis, quae in Aldina est, facili negotio locus hic restituitur sic: ἀλλ' οὐχὶ, ὧν ἦν δυνατὸς — *quem enim putetis, o judices, qui quidem sit gloriae cupidus — quidquam facultatum domi relicturum, et non potius, praestandis omnibus, quae quidem praestare posset, illos* [Cyprios] *sibi obligaturum, neque pauciora studii sui praemia laturum fuisse.* legendum enim vel 2 ἐκείνοις. ὧν ἦν δυνατὸς [scil. παρέχειν] πάντα παρασχόντα idem est atque παρασχόντα πάντα, ἃ παρέχειν ἐδύνατο. κομίσασθαι μὴ ἐλάττω significat *affulgente spe praemii studio suo haud minoris.* praesertim quum spes esset, fore, ut operae suae mercedem ferret haud contemnendam. 5 aut ἔχρησαν ἐκείνου, aut ἔχρησαν τοῖς Κυπρίοις ἐκείνου. 6 f. ἐπὶ τῶν τριηρέων. *nam illae triremes,* quas Athenienses Cypriis commodave-

daverant, *eas pecunias*, quas Eunomus et Lysias ad intercessionem Aristophanis, Cypriis mutuo dederant, ipsis *referebant* tum, quum bello confecto ipsae domum remitterentur. 10 προσελθεῖν αὐτῷ] *ut adirem Aristophanem*, rogans eum, vellet Demo pro dato pignore XVI minas foenori dare. 11 f. φιάλην μίαν χρυσῆν, ἣν Ἀριστοφάνην λαβεῖν, δόντα αὐτῷ ἑκκαίδεκα — *esse penes se tesserae loco a rege Persarum acceptam auream phialam, quam accipere debeat Aristophanes, dans pro illo pignore XVI. minas*. 12 ὡς ἔχοι] in codice Coisl. est ἂν ἔχοι, unde efficio: ὅπως ἂν ἔχοι. *unde posset* [ipse Demus] *sumtus facere in triremis suae praefecturam. ult.* καὶ ἄλλων, καὶ χρημάτων.

341. 2 Cogitavi aliquando ἕξειν. sed ἄξειν bene videtur habere, idemque, atque ἀποφέρεσθαι, significare, et in continente insequitur ἄγειν τὸ σύμβολον, *ferre, auferre tesseram*. 4 ἥδιστ' ἂν ἀνθρώπων. 5 εὐθὺς] f. θέλοι. 9 σύμμικτα] *nulla arte facta, nullo delectu conquisita*, magis ad usum, quam ad ostentationem. 12 Miror Marklandum pro more suo hic non ursisse inferendum vocabulum ἀπογραφὴ, *index supellectilis*. *antepen.* πρὶν Νικοφήμῳ ἢ καὶ delenda: illa ἢ καὶ admonent librarium hic dormitasse, eoque addito voluisse priorem errorem celare. *ult.* ἡ ναυμαχία.

342. 7 οἴεσθε] *existimatis*. nihil hic loci deest, quod suspicabatur Marklandus. *antepen.* ἀπεσπάσθησαν] Ratiocinium hoc est: aliorum publicatas facultates si quando vendidistis, non solam

supel-

supellectilem, sed ipsas quoque oecorum fores simul vendidistis. nostris detractae hae non fuerunt; et nihilominus e nostrarum aedium sola supellectile plus rediit, quam ex illarum tota farragine. Et vel sic tamen exigua vobis visa fuit nostra supellex, alienae nihil quidquam improbastis. *ult.* ἐμῆ potest stare. nam potuit ea domus, et profecto videtur, actori pro dote sororis oppignorata fuisse, adeoque potuit eam *suam* appellare. Sane domus illa 50 minis aestimabatur. v. p. 342, 5. Aristophanis uxori autem dos debebatur 40 minarum. v. p. 336, 7. praeterea septem minas mutuo acceperat Aristophanes a socero, actoris patre. v. p. 343, 6.

343. 8 τἀκείνων] f. τὰ κοινά. *opes reipublicae.* v. p. 353, 12.

344. 4 μὲν] l. μὴν. 10 ταῦτα recte habet, sed punctum commate aut semicolo mutandum. nam ταῦτα sensu tenus aequipollet τῷ, οὕτως. simile est τῦτο vs. 4. hujus ipsius paginae. deinde non fortasse, sed certo certius verum est ἱκανὰ codicis Coisliniani. *antepen.* ὁμοίως. *pariter*, id est, non minus, quam Athenis.

345. 3 δημεύσαιτε.

346. 3 nihil hic loci pravum est. *quamvis aegrotaret, mente tamen sibi bene constabat et sensibus, fuissetque sensurus, si quid opum suarum fuisset dilatum aut interversum.*

347. 1 καὶ ἐχορήγησε] l. κατεχορήγησε, uno verbo. *consumsit in choregatu gerendo*, aut διεχορήγησε eodem sensu, ut p. 342, 3. 4. ἀμφοτέρων] *pro se et patre.*

348.

348. 3 ἐπὶ] l. ἐπεὶ *siquidem.* deinde recte abest a cod. Coisl. εἰ vs. 5, cujus tamen vel vestigia servare si malis, poterit ibi sic legi: δοκοῦντων εἶναι, πλέον — antep. f. ἀποθανόντων δὲ πολὺ τὸ ἔλλειπον παρὰ — — *penult.* αὐτίκα] *exempli caussa.* Significationem hanc pluribus adstruunt Marklandus ad h. l. et Cl. Ernesti ad Xenophontis Memorab. p. 203. rationem alibi horum libellorum reddo.

349. 1 ἐνειμάσθησαν δὲ τὼ υἱεῖ [id est υἱέε] οὐδὲ δέκα τάλαντα ἑκάτερος. *duo autem filii quum inter se partirentur hereditatem, ne dena quidem talenta accepit eorum quisque.* 3 aut ἢ delendum, aut τάλαντα legendum. Intercedit quidem Marklandus; verum alia est ratio loci inferius positi vs. 9. et Thucydidis. v. Cl. Abresch ad Thucyd. p. 175. 6 ἦν] l. εἶναι. 8 ἀξίαν εἶναι. Niceratum non fuisse ἄπαιδα, quod perhibet Marklandus, sed filium habuisse, patet ex Orat. proxima 18 contra Poliuchum. 11 ἐτιμήσατο recte habet, idemque est atque ἐτίμα ἑαυτόν. *aestimabat se,* hoc est, suas facultates tanti vel tanti. 12 Comma post τότε collocandum esse, jam ante me vidit Marklandus. Subauditur ὅτε ἔζη. *aetate sua jam.*

350. 10 τετταράκοντα, ἢ πλείω, ὅσα — *eum habere 40 talenta, aut etiam plura, eaque ipsum confiteri se habere.* 11 f. ἀπὸ τῶν ναυκληριῶν καὶ ἐμποριῶν. *e rei suae naviculariae et mercaturae exercitio,* ex eo, quod et alienas merces et suas suis navibus vectitaret. 12 posset ἀπογραφέντος aliqua specie defendi, significare enim

potest

potest, *cum instituisset litem ἀπογραφῆς non recte judicatae.* est autem ἀπογραφὴ *cum quis dicitur opes publicas penes se habere.* v. Harpocr. h. v. Sic autem ἀπογραφέντος idem esset atque ἀπογραψαμένε. Verum mihi magis placet ἀπογράφοντος. *Diotimo indicem* [état, balance] *suarum facultatum conscribente et exhibente* [tam creditorum, quam debitorum]. *ult.* ἀπόντων] l. ἁπάντων. *quum omnes Athenienses audivissent.* nam supra dixerat vs. 9. ἠκέετε ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. permutari haec duo vocabula solere patet e pag. 365, *ult.*

351. 1 εἰ redundat, potest adesse, abesse, nullo damno, iteratum ob praemissum εἰ vs. *ult.* paginae prioris. 2 εἶτα ἐχ οἱ προσήκοντες — *nonne sic in maximum conjecti fuissent discrimen ejus necessarii —?* 6 f. καὶ ἤδη ἀδίκως γέ τινας καὶ ῥᾳδίως. potest quoque καὶ νὴ Δία legi; sed alterum praefero.

352. 7 δοκεῖ. 9 ἀπολέσαι. *antep.* ἐγένοντο] scil. Nicophemus pater et Aristophanes filius, ille ut socer nostrae sororis, hic ut maritus.

354. 6 f. δοκῦντα γέ τι ἐξ ἀρχῆς ἔχειν, πῶς εἰκὸς ἐδὲ μίαν δίκην [vel γραφὴν, vel εὐθύνην] πεφευγέναι. *quomodo potuisset tanto temporis spatio effugere, ut nulla ei caussa peculatus diceretur, si visus fuisset aliquid compendii e magistratu fecisse.*

355. 6 ἃ πέπραχεν ἐν — 6 ὃν [scil. βίον καὶ χρόνον] ὑμεῖς σαφέστατον. *penult.* φαίνεται ἡμῖν ἀνηλωμένα.

356.

356. 3 ταῦτ' ἐςὶ] id est, ὠφελεῖται ὑφ' ἡμῶν τὸ κοινόν. *conferimus partem nostrarum facultatum ad sustinendam rem publicam.* 4 οἱ ὠφέλειαι] scil. ἔσονται. 9 ἀθλητὰς, [subaudi ἵππες] οἷς ἐνίκησεν. *Sed etiam equos obire publica certamina doctos, quibuscum vicit in certaminibus curulibus, tam in ludis Isthmicis, quam in Nemeis.*

# ORATIO XX.

Hanc orationem Lysiae libenter ego equidem abjudicaverim.

358. 1 aut post οἱ δὲ deest aliquid, c. c. ἐσπέδαζον, vel simile aliquid, aut vs. 3. post ὄντες, scil. εὐεργετοῖεν, aut tale quippiam. 10 λέγων bene habet. *ut suis orationibus vos eo, quo velit, impulsurum speret.* pro εἶχε leg. ἔχων. *penult.* ἡ *quae* aetas. deinde ἱκανὸς pro ἱκανὴ positum, ut jam supra alicubi habuimus. mallem tamen hoc. *quae aetas satis valet ad evertendum alios.* Video Marklandum consentientem, cui ad p. 359, 2. sqq. merito subscribo.

359. 4 οἱ μὲν γὰρ ἐν Σικελίᾳ ἦσαν, ὁ δ' ἐν Βοιωτοῖς. v. vs. 367, 5. collata p. 363, 4. 6 post ἐπιθυμῆσαι nihil aliud deest, quam μηδὲ. 9 τέτες] scil. τὲς πολλὰς ἀρχὰς ἄρξαντας. deinde legendum ἀδικεῖν ἐν τοῖς πράγμασι γεγονότας. v. p. 363, 12. *ult.* bene habet hic locus, nihil deest, nihil corruptum est; verum p. 360, 2. deest καὶ δίκην ὑπέσχε post πράγματα. Idem est ὅτε προέδωκε [scil. τὴν πολιτείαν] καὶ ἑτέραν πολιτείαν κατέστησε, atque

ὅτε

ὗτε προὐδωκε τὴν πολιτείαν ἑτέραν καταςήσας. *non prodidit res vestras nova rei publicae forma introducenda.* Huic ὗτε respondet καὶ δίκην ὑπέσχε, quod, ut dictum est, p. 360, 2. desideratur.

360. 2 οἱ δ' ὐχ ὑπέμειναν] scil. τὴν δίκην. *non sustinebant judicium*, non audebant foro se committere, coram tribunali comparere. 8 ὐδὲ] f. ὐδέποτε; aut alias addendum : ὐδὲ πολλάκις [vel ἐπὶ πολὺν χρόνον] εἰς τὸ βυλευτήριον εἰσήει. v. p. 363, 7. *antepen.* Φόβος] f. Φόνος. in πεπονθότων subauditur τὸν Φόνον. *penult.* f. οἱ πολλοὶ Φυγὴν κατεγίνωσκον αὐτῶν, *sibi ipsis velut poenam indicebant exsilii necessitatem*, aut οἱ πολλοὶ πάντα κατεγίνωσκον αὐτῶν. *nihil non* [diri, puta, et nefandi] *ab ipsis* [400 tyrannis] *exspectabant*, et haec posterior interpretatio mihi prae altera placet.

361. 2 ἂν] l. αὖ. *e contrario.* 3 mihi videtur hoc oratoris ratiocinium esse: nil profuisset tyrannis obloqui: tantis enim propugnaculis suam potentiam munierant, ut convelli nequiret: quare satius erat, silentio suam erga patriam benevolentiam demonstrare. id quod fecit Polystratus. 5 περὶ τῦ πλήθυς τῦ ὑμετέρυ. 7 ἐξήμαρτεν. 8 quinam sunt *octo illi dies?* respondebit p. 363, 3. 9. λογιςήριον erat tribunal, ubi rationes administrati aeris publici reddebantur, et magistratu decedenets ηὐθύνοντο. ibi, ait orator, corruptos judices, coram quibus reddendae rationes erant, absolvisse reos, qui se pecunia data a condemnatione redemissent. *penult.* λόγω] f. ὕδα-

f. ὕδατι, *in aqua mea*, currente aqua mihi ad orandum infusa, id est, etiamsi eum damno temporis mihi ad defensionem dati. Nil frequentius apud oratores Graecos. hac formula: εἰπάτω ἐν ὕδατι ἐμῷ. ubi confidentes bonitati suae causae μεγαληγορῦσι. *ibid.* ὡς delendum. *ult.* f. ἀλλὰ γὰρ φαινεῖται ψευδῆ κατηγορῶν.

362. 1 ἐκ παιδείας est *a pueritia inde*, a puerili institutione et consuetudine. 4 τῷ τρόπω τῶ ἀλλήλων sunt dualia. 5 ἐξέτινε] pater meus. *ibid.* εἰσήνεγκε] Phrynichus puta. 12 βυλόμενον] f. δυνάμενον, subaudi γράφεσθαι. *ut eum, qui posset in numerum senatorum referri, scriberet.* 13 τῷ] f. τὸν scil. γράφεσθαι. *si vero aliquis in album senatorium inscribi nequiret, ei gratificaretur.* Sed, ut verum fatear, locum hunc non intelligo. *penult.* πολίτας aut delendum est, aut ei adjungendum βυλευτὰς, quod neutro modo abesse potest. *qui plurimos civium senatui adscribant.*

363. 11 Marklandus vult μὴ δοκῦντες, sed obstat p. 360, 4. et p. 365, 6. tum hoc quoque, quod opus non fuerit eos precibus servare, qui nunquam accusati fuere.

364. 2 καὶ delendum et legendum: εἰ δ' αὐτοὶ τοσῦτοι. *ibid.* ἕκαστον] sententia flagitat τινα, nisi ἕκαστον ibi sit *singularem, solitarium hominem*: at eo sensu est insolens. 9 f. ὐδὲ τοίνυν ἂν εἴποι τις, ὁπόσα τῶν ὑμετέρων ἔχει. *atqui nemo dixerit, quantum de fisco publico detraxerit Polystratus.* 10 aut εἰς πάντα legendum, aut, servata vetusta lectione πάντων, legendum ἢ τῆς ἀρχῆς

*antep.*

*antepen.* ἐυνέςατος αὐτὸς ἑαυτῷ] exponit ipse auctor p. 366, 9.

395. 1 recte restituit Taylor hunc locum, et nil deest ejus emendationi, quam id unum minutum, legendum esse οἱ αὐτȣ τε. 3 deletis illis inutilibus et perperam iteratis εἶχε μαρτυρίαν, sic legendum: ȣ̓δ᾽, εἴ τις εἶχε μαρτυρεῖν, ἤθελε, scil. μαρτυρεῖν.

366. *antepen.* aut legendum est ἑκὼν loco ὅσων, aut deest aliquid c. c. ὅσων ἔλαχεν, vel ὅσων κατελέχθη, id est, ἐς ὅσας κατελέχθη. *ult.* post καταςήσαντι videtur αὐτῷ μὲν ὠφελεῖσθαι deesse.

367. 5 f. ἐμοὶ δὲ ȣ̓κ ἦν ἀφορμὴ ἐπιδείξασθαι, ὡς εἰδέναι. 6 ἱππέας] imo vero ὁπλίτας. nam in castris Atheniensium agebat actor hujus caussae peditem gravis armaturae deinde, apud Catanaeos primum incepit equitem agere, idque coactus. hoc ni sic statuas, inutile erit καὶ ὁπλιτεύων vs. *ult.* et paullo ante ἠνάγκαζον ἱππεύειν. 7 ἀνεσώθην Marklandi, et Taylori ἐληϊζόμην, quae sunt ambae certissimae emendatione, mihi quoque in mentem venerunt. 9 τῇ τε θεῷ τὰς δ. 10 f. τοῖς ςρατιώταις περιεῖναι [vel ἀρκεῖν] εἰς σωτηρίαν *et superesse militibus penes hostes captivis, unde in libertatem vindicarentur.* nam ἐξαιρεθῆναι huc trahi nequit.

368. 3 ὅρκιον] *formulam sacramenti militaris.* 9 post ἦν deest nomen ejus, cui Polystratus literas filio in Sicilia reddendas commisit. 10 ἀγαθὰ redit ad τὸ σημαινόμενον e sequentibus percipiendum, nempe τὰ ἐγγεγραμμένα. *Erant-*

*ne utilia vestrae multitudini, nec ne?* perscripta puta. Porro legendum ἐνεγέγραπτο. *in illis erat scriptum de rebus domesticis.* 11 ἥκειν] *rebus in Sicilia recte constitutis, me oportere in patriam, vel ad se, redire.*

369. 1 ἀπὸ τοῦ τείχους] e Decelea. bene habet vulgata, neque facio cum Cl. Wesselingo locum hunc ad Diodor. Sic. I, 289, 6 tentante. 3 ἕνα non ad ἱππέων, sed ad Φυγάδων redit. 5 f. ἀδελφὸν αὖ οἱ συστρατευσάμενοι ἴσασιν, οἵ τ' ἐνθάδε ὄντες, οἵ τ' ἐν Ἑλλησπόντῳ, ὡς χρὴ νομίζειν. 7 ἄνθρωπον. 9 οὐ δικαίως. v. pag. 371, 8. 372, 1.

370. 3 εἰς ἡμᾶς. *si quis vestrum erga nos benignus et indulgens sit.* Recte id vidit Schottus, neque editores in reddenda ejus manu deliquerunt. 12 sic distinguo: ἕως μὲν γὰρ εἰρήνη, (scil. ἦν) *donec pax* (sc. erat) ἦν ἡμῖν, *erat nobis* — ult. αὐτῶν τούτων ἕνεκα recte interpres reddidit, *ea maxime de caussa.* neque est, quare quid mutetur hic loci. Sententia est: *hanc ipsam ob caussam, quia de nostris facultatibus adjuvare rem publicam nequimus, neque habemus aes, quo delicta luamus, si quae committamus: ideo corporibus nostris studemus ei subvenire, et opera nostra militari veniam peccatorum mereri, si quae nobis excidant.*

371. 2 ἀξιοῖμεν. ob praecedens εἴη.

ORAT.

# ORATIO XXI.

375. 9 ἀρχιθεωρίαι et ἀῤῥηφορίαι, fcil. εἰσὶ.

377. 1 poft μνησθῶ deeft aliquid, exemplum fcil. damni a navi fua hoftili cuidam navi illati. 8 πρὸς ἐκεῖνον rectum puto. *illi* (tam perito gubernatori) *confentaneum et par.*

378. 10 τὰ προσιόντα, v. Markland. ad p. 479.

379. 5 ἕτεροι γὰρ ταῦτα. 12 f. ἀδικώτερον. fed quales erant οἱ ζητηταὶ?

380. 9 f. ἐμȣ̃. ȣ̓ γὰρ τȣ̃τό γε. *penult.* δεῖν.

381. 3 ἀλλὰ καὶ τῶν. 8 μήτ' ἐς δίκην.

382. 7 δι' ἁ. facile ob finem praecedentis verbi εἶναι potuit δι perire. 11 ἢ delendum. *ult.* fic diftinguo et fuppleo h. locum: ȣ̓δέποτε, λειτȣργεῖν ὑπὲρ ὑμῶν δέον, ἐνεθυμήθην. in τοσȣ̃τον fubauditur ὅσον ἂν δαπανήσαιμι.

383. 3 ἠλέησα] fubaudi e fequentibus τὴν γυναῖκα καὶ τȣ̀ς παῖδας.

384. 1 τῶν ἡμῖν εἰς ὑμᾶς. 3 recte Coislin. codex ἐν τῷ πρόσθεν χρ.

# ORATIO XXII.

386. 2 ἐνομίζετε. *Effetis quoque pro fycophantis habituri eos, qui περὶ τȣ́των,* id eft ὑπὲρ τȣ́των, *pro his*, dardanariis puta, *fermones facerent.* 6 ad παραδȣ̃ναι adfcripfit aliquis ἢ θανάτῳ ζημιῶσαι pro fcholio. id deinceps in textum irrepfit.

387. 1 ἀπελογησάμην. 7 μὲν] f. μοι, et sic quoque Marklandus. tum post ἀνάβηθι deest nomen evocati. 10 f. ἄλλο τι ἐν [scil. ἀξιοῖς, vel θέλεις, vel ποιεῖς] ἢ ἀξιοῖς, Sic sane loqui mos est Graecorum. et tum apte respondet sequens ἔγωγε, scil. ἀξιῶ.

388. 4 f. μηδένα τῶν σιτωνῶν πλείω σῖτον — est a nominat. sing. σιτώνης.

389. 8 ἔτοι δ' ἔτι τῆτες *adhuc hoc anno*, sub alio Archonte, opponitur enim praemisso ἐπὶ τῆς προτέρας βουλῆς.

391. 7 τὰς δ' αὐτοὶ. *ipsi de suo comminiscuntur et disseminant. antepen.* ἀναρπάζουσιν] *frumentum rapiunt sursum*, hoc est, celeriter id e foro retrahunt et reponunt in granariis vel solariis suis.

393. 3 ἐχόντων] f. δοκούντων. suspectis hujus maleficii. 7 post λαμβάνειν videtur ἢ τῶν ὁμολογούντων deesse.

394. 1 μόγις] μᾶλλον aut μάλιστα. 9 ἐφ' οὗς, ut p. 392, 12. deinde signa parentheseos delenda. 11 f. γνώμην ἕξειν περὶ ὑμῶν, ἥνπερ περὶ τούτων. *idem de vobis esse cogitaturos atque de his*, dardanariis puta; vos ambos scilicet sibi, mercatoribus, insidiari. 12 καπήλων] nulli sunt alii, quam ipsi dardanarii.

# ORATIO XXIII.

397. 6 ὁπόθεν δὴ δημοτεύοιτο, ut propemodum Marklandus quoque. *quonam e vico vel populo Attico se repeteret* vel *repeti sineret.* confirmat

mat p. 398, 4, *penult.* et hic et p. 398, 1. καὶ delendum.

398, 4 ἐπυνθανόμην bene se potest tueri, si ἠρώτων accipias sic, ut actor se dicat interrogasse, adessentne in tonstrina Deceleenses. Est brachylogia Attica et Lysiana. 6 Φεύγοι in Praesente. *complures caussas apud Polemarchum dicendas adhuc habere, alias perdidisse.*

400. *penult.* ἀντιγραφῆς] v. p. 398, *pen.*

401. 3 ἠμφισβήτει τε τῷ Νικ.

402. 12 αὐτοῦ. *fuit secundum Aristodicum, adversus se litem dari. penult.* καθότι ἐπειδὴ. *Juxta id pactum, in quod inducere adversarium potuerat*, juxta compositionem suam cum adversario, recte vertit interpres Brabandus.

# ORATIO XXIV.

404. 1 πολλὴν δεῖ με [vel ὀφείλω] χάριν—

406. 3 συκοφαντεῖ με] subaudi συγγνώμην αὐτῷ ἔχειν δεῖ, aut συγχωρητέον. 8 f. τοῖς τῆς ψυχῆς ἐπιτεύγμασιν. opponit enim animi felices dotes et dextras actiones, τὰ ἐπιτεύγματα, corporis δυστυχήμασι, casibus adversis. καλῶς recte habet. καλῶς ἰᾶσθαι est *persanare. ult.* καὶ οὐκ εἶναι τῶν ἀδυνάτων non sunt superflua, idem valent, atque si dixisset: *adeoque non esse ex illorum numero, quos lex hoc beneficio beat.*

407. 6 καὶ τὸν ἄλλον ἐμὸν βίον, οἷος τυγχάνει ὤν, πάντες —

408. 11 aut τούτων legendum, aut ἑπόμενα. *penult.* προκαλεσαίμην.

409. 3 f. ὧν ἐγωγ' ἔχω, τύχοι τις, πενόμενον εἶναι τὸν τοιοῦτον, καὶ ἔτι τι πονηρότερον: *si autem aliquis facultates meas deberet adipisci, tunc agere mendicum, et si quid adhuc pejus est.* 7 πάντας οἶμαι τοὺς — ζητεῖν τοῦτο καὶ φιλοσοφεῖν.

410. 8 ὡς idem hic eſt atque ὅτι. v. p. 440, 3. *quia cum baculo incedere opulentorum pariter eſt.* 10 οἱ δυνάμενοι. Sic nude dicuntur tam qui corpore valent et victum manibus acquirunt, quam qui opibus multum poſſunt et abundant, adeoque poſſunt multos ſumtus facere, verbo, *copiis, facultatibus, opibus, auctoritate pollentes.* Itaque nil deeſt hic loci.

411. 3 τούτῳ δὲ ψηφίσασθαι ſignificat *huic adſcribere. quid jam officit, quin ademtum mihi, ut ſano, obulum huic contribuatis veſtris ſuffragiis, ut invalido et mutilo?* 5 οἱ δὲ] ſignificat concionem populi. 7 οὐθ' οὗτος ὑμῖν, εὖ ποιῶν. *diverſa vobis cenſet, recte vero.* Nam cum prava cenſeat, non poteſt non diverſa vobis cenſere.

412. 1 poſt διακείμενος deſunt quaedam. fortaſſe λέληθεν ἑαυτὸν ἐναντία ἑαυτῷ λέγων. ὥσπερ, εἰ, δολερὸν ὀνομάσαι με θέλων, ἀληθῆ λέγοι. ἀλλ' οὐκ ἂν πάνυ ῥᾴδιον, ὢν μηδ' ἔψευσται ταῦτα, πείθειν.

413. *ult.* κατεσκευασμένους eſt idem atque κατεσκηνωμένους. *qui tabernam ſuam conſtitutam haberent prope forum.* De hac notione verbi κατασκευάζεσθαι, *tabernam, aut tentorium ſuum inſtruere, erigere,* κατασκευὴ *inſtructio tabernae tento-*

*tentoriive et in iis commoratio*; egi ad Dionys. Halicarn. Antiqu. Rom. p. 353. *penult.*

414. 4 ἄλλοι ἄλλϐ γέ πϐ. in ἄλλϐ subauditur ἐπὶ τόπϐ. *alii alibi.* 5 μὲν] l. μέ. aut prorsus delendum est.

416. 1 f. περὶ ἁπάντων. *periclitari de omnibus fortunis meis ipsaque salute. antepen.* paullo inordinatius jacent verba, nescio librariorum culpa, an auctoris consilio. Mallem equidem sic ordinata habere: τϐτων τυχὼν ὑμῶν ἔξω. sed non infrequentia in auctoribus exempla transpositionum.

## ORATIO XXV.

418. 1 τϐς μηδὲν ἀδικϐντας, v. vs. *ult.* et 419, 6. 2 ἡμῶν γνώμην τὴν αὐτὴν ἔχειν. vid. vs. 10. 4 ἐμϐ κατηγορήσειν] l. ὁμϐ πάντας κατ. vidit ex parte quoque Marklandus. 7 f. ῥᾴδιον ἀποδεῖξαι. nisi Stephanum audire malis, cui Marklandus quoque accessit. *ult.* οἴονται (aut εἰώθασι) χρηματίζειν.

421. 4 f. μέρος ἀπαλλαγῆναι ἐπιθυμϐν.

422. 1 aut delendum αὐτοῖς, aut legendum αὖθις, *deinceps, tempore post.* 2 qui quamvis nomina sua inter illos edidissent, qui una cum XXX tyrannis Eleusinem excedere ibique manere vellent, tamen ad vos rursus defecerunt, et castris in vestris ad eos Eleusine oppugnandos exierunt, et nihilominus tamen rursus caussam communem cum XXX fecerunt, et cum ipsis obsidionem ea in urbe tolerarunt. *penult.* locus hic bene

σῶαν [vel ὑγιᾶ, vel ἰσχυρὰν, vel ὁλόκληρον vel simile quid] πρότερον παραλαβόντες.

440. 4 εἰ γὰρ βουλεύειν ἀξιῶν νυνὶ ἐδ. 6 τού-νομαι. praeiverunt alii. 7 μηδὲ] repete tacite μόνον.

441. 1 τὸν ἅπαντα χρόνον] ergo sacerdotium, quod Euander ambiebat, tota vita gerebatur. atqui ὁ βασιλεὺς tantum annuus erat. non ergo τὴν βασιλείαν, seu Basilei sacerdotium, sed aliud aliquod ambiebat Euander. id quod etiam e p. 439. apparet, ubi quaestio proponitur, rectiusne sacrificium aliquod Basileo, an Euandro peragendum committatur, quod sacrificium proprie debebat illud sacerdotium peragere, quod Euander obibat, interdum vero, teste oratore, fuerat a Basileo peractum.

442. 4 post παρασκευασάμενος est lacuna, quam quodammodo expleas οὐκ ἐνθυμούμενος addito.

443. 7 f. ἀποδοκιμάσαι, ἐὰν καὶ τόνδε. [scil. ἀποδοκιμάσητε] ἐὰν δὲ μηδὲ τόνδε — ult. δοκιμαστὰς bene habet, et liquida atque plana sunt omnia, *tanquam si ex eo adepturus ipse sit omnes sibi suffragatores, illos, qui tenente XXX virorum tyrannide manserunt.* δοκιμασταὶ sunt approbatores, qui suffragio suo aliquem alicui muneri idoneum agnoscunt, atque ei praeficiunt.

444. 5 τούτων non pertinet ad proximum τῶν, sed ad praecedens τῶν ἄλλως. idem est ac si dixisset ἡ πόλις τετίμηκεν ἀπὸ τούτων οὐκ ἐλάττους τῶν — *civitas non pauciores ex horum numero honoravit publicis muneribus, quam e numero*

*mero exsulum.* 11 τὲς τοιέτες [quales sunt Euander et alii tyrannis faventes] τὲς συλληφθέντας — per τὲς ἄλλες significat *adversos tyrannis*, *ult.* fuit olim καὶ τό. unde efficio Lysiam scripsisse καίτοι, et sic locum esse interpungendum: ἀλλὰ (καίτοι ἄλογον — ἡττήθησαν) ἐδαμόθεν. —

445. 7 f. πολλά. ob sequens μηδέν. 9 ad dictum Marklandi locum sic refingo: ἐποιήσαντο. τοσαῦτά ἐςιν ὅσα ἐγὼ. aut τοιαῦτά ἐςιν οἷα ἐγὼ. *antepen.* si bene habet vulgata, insolens est dictio. non enim ἀπολογεῖσθαί τινι dicitur pro ὑπέρ τινος, quod sententia hic flagitat. nam longe aliud significat ἀπολογεῖσθαί τινι, scil. *erga aliquem, coram aliquo, se defendere, caussam suam agere.*

# ORAT. XXVII.

449. 3 ἐπιλείψει. v. p. 479. 9. 4 τὸ μὲν μῖσος καὶ ἡ αἰσχύνη διὰ τ. in mentem quoque venit ὄνειδος. v. Markl. 10 ἔτοι, οἱ φύλακες. ob sequens οἱ hoc ipso versu.

450. 1 f. Ὀνοσάνδρε vel Ὀνομακρίτε μέν. 2 comma post ἀπεψηφίσασθε sive servetur, sive tollatur et post τε ἀνδρὸς promoveatur, perinde est. nam bene dictum potuit esse τε ἀνδρὸς pro τέτε τε ἀνδρὸς. *quum omnes virum accusent. ibid.* post αὐτῶν videtur πεπειραμένων vel simile quid deesse. *testantibus contra eos illis ipsis, qui ipsi experti fuerunt.* 7 δυναμένων] subaudi λέγειν e praemissis. v. p. 482, 3. 4.

451. 6 προϊέντες. admittentes.

452. 1 πῶς γὰρ] subaudi ἀκροάσεσθε αὐτῶν? 8 εἰσφορᾶς. 10 φθονεῖτε.

453. 3 potest vulgata defendi. nam in ἐξαιτεῖσθαι tacite repetitur ἦσαν εἰθισμένοι. ult. videtur locus ita constituendus: καὶ ἐτιμωρεῖσθε, ὥσπερ εἰκὸς, ὅταν παρεκλέπτομεν τοὺς ἀδικοῦντας εἰς ὑμᾶς, καὶ παρὰ τούτων χρήματα λαβόντες — puniretis, ut par est, si furtivis artibus eos, qui vos injuria afficiunt, et vestra arrodunt, poenae subtraheremus, et cum ipsis, seu donis corrupti, seu alio quocunque modo placati, in gratiam rediremus.

# ORATIO XXVIII.

455. penult. οὐδὲ ὑπὲρ.

456. 4 οὗτοι] Halicarnassenses. v. p. 462, 5. penult. ἐπηγγέλλετο] si promitteret atque sponderet vobis Thrasybulus, se cum classe in mare excursurum —

457. 5 ἄλλως τε καὶ ὅτι, ἐπειδὴ τάχιστα. praesertim quum, quamprimum — decrevistis, Ergocles clamarit vos e legibus antiquis agere.

459. 4 novi media et passiva in significatu saepe inter se alternare; usitatius tamen est ἡττηθήσεσθε. quare non dubito Lysiam id dedisse.

460. 7 οὐ delendum, quod etiam Coisliniano codici deest. pariter quoque delendum ἀλλὰ. ego his de rebus sic statuo. 9 nihilo rectius hic loci ἴσχειν, quam ἔχειν, neque hoc pro ἰσχύειν repudiandum. sed bene habet vulgata. leges habent,

*bent*, *tenent*, cives, qui eas; qui solum patrium obtinent; non habent exsules. 11 ὑπόλογον recte conjecit Stephanus et cum sententia loci eleganter reddidit interpres, *honestam excusationem in suo exsilio habere.* hoc est, viros probos, si quando caussam suam dicendam habeant, oportere eum suae fugae fructum ferre, ut pericula tum ab ipsis adita et aerumnae tum toleratae sibi nunc ad vincendum et ad impetrandam absolutionem non nihil valeant, eorumque ratio non nulla habeatur. v. p. 477, 9. sed locus integer ita mihi videtur constituendus: μετέσχον, ἐφ' ᾧ [vel ἐπὶ τῷ] ȣ πονηρȣς εἶναι πολίτας, ȣδὲ ἀδίκȣς, τȣτοις φημὶ δεῖν εἶναι ὑπόλογον τὴν φυγήν. *qui vestra pericula participarunt eo fine, eaque conditione, ut se darent non malos neque iniquos cives, illis ajo oportere exsilium imputari*, vel *in rationem aliquam venire.*

461. 6 ἡγησάμεθα. *existimavimus.* Orationis hujus eventus fuit, ut Ergocles morte mulctaretur. v. p. 464, 4.

# ORATIO XXIX.

464. 12 πολιτῶν] videtur aliquid excidisse, forf. καὶ τῶν μὲν ὑμετέρων πολιτῶν πενέςατον αὐτὸν ἐξήγαγε. *tam pauperem illum secum eduxit in expeditionem navalem, ut civium vestrorum nemo sit, qui magis fuerit.* conf. vs. ult. penult. f. τὰς μεγίςας ȣσίας.

465, 1 ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ] scilicet tum, quum Ergocles Philocratem suum in bellum educebat.

clarius

clarius hoc tempus designat. p. 466, 7. 6 *προσήκει.* 9 *δέδοκται* probum est. *sedet animo ea sententia illum oportere damnari. antepen. κατηγοροῖεν. si eum non accusarent.*

466. 2 *ταῦτα*] tria illa talenta puta, de quibus p. 365, 12 dixerat, minabatur Philocrates, se totam machinationem et pactum oratorum cum Ergocle, acceptaque ab ipsis tria talenta patefacturum, nisi grande hoc aes restituerent sibi. 7 *Ergocle*, qui Thrasybulo amicissimus erat, *sibi*, Philocrati, *infenso.* 8 potest *τριήραρχον* defendi. *ausurum fuisse manere in praefectura navali.* si quid tamen opus fit mutatione, malim *τριηραρχεῖν. ausurum fuisse praefecturam navalem adire.* 12 *ἐλεεινὲς ἡγεῖσθαι*] mallem *ἐλεεῖν.* *penult. πλείονα αὐτῷ.*

467. 11 bene hic locus habet. *οἱ συνειδότες τοῖς κλέπταις ἀπολλύμενα τῶν χρημάτων* sunt illi, qui tam bene, atque ipsi fures, sciunt periisse privatis hominibus opes, et per quos perierint, et quo evaserint. *ἀπολλύμενα* reddas per *ὅσα ἀπόλλυται*, vel *ὅτι ἀπόλλυται.* Etiam versus tertius hujus pag. sanus est. nam repetundarum rei aut non vocati in judicium, aut absoluti, tenebant iidem opes reipublicae, et eidem erant hostes infensissimi. v. p. 454, 8. *ibid.* *τοῖς αὐτοῖς ἐνέχονται*] tacite repetendum *τοῖς κλέπταις*, hoc est *τοῖς αὐτοῖς ἐνέχονται, οἷσπερ οἱ κλέπται. ult.* *ἄξιοι*] puta Philocrates et caussae cum eo consortes atque patroni.

ORAT.

# Oratio XXX.

471. 3 ἓξ ἔτη duobus vocabulis probum esset. idem enim valet atque *per sex annos*. per spatium continuum sex annorum, suum fecit, exercuit, magistratum scribendarum legum; si modo sequentia non adversarentur, quae quatuor annos pro sex edunt. malim ergo loco ἓξ reponere τοσαῦτα aut τέτταρα. 5 εἰς τοῦτο] subaudi τύχης, ὕβρεως, ἀνάγκης, βίας vel δεινοῦ etc. κατέστημεν. conf. p. 452, 7.

472. 8 καὶ ὅσα οὐδεὶς χειρίσας. *administratis rebus tantis, quantas nemo alius administravit.*

474. 1 ante τῶν τοιαῦτα excidisse aliquid, et quid exciderit, recte vidit Marklandus. potest ejus supplementum probari, possunt et alia excogitari, ut e. c. ὅτι, ἐὰν ἀποδέχεσθε vel ἀκροᾶσθε. *antepen.* ἀδίκως probum est. *nulla justa caussa alios in invidiam adducere vestramque in eos iram sollicitare studere. pen.* τῷ ὑμετέρῳ πλήθει.

475. 4 βέλτιστα] imo vero χείριστα. *pessima consulere.* 8 Νικομαχίδην hic appellat, quem antea Nicomachum, more Graecis non inusitato. de quo v. Hemsterhus ad Luciani T. I. p. 157. Wesseling ad Diodor. Sic. T. I. p. 509. et T. II. p. 24. ratio rei mihi videtur ea esse, quod nepotes avorum nomina accipere solerent. quo factum, ut idem homo, Nicomachus e. c., qui Nicomachi nepos esset, Nicomachides appellaretur. 10 συνεστασίασε bene habet. *communem cum ipsis caussam fecit*, accessit ad eorum στάσιν, factionem, evasit ipsorum στασιώτης.

476. 1 πολιτῶν] f. πάντων. 6 καὶ delendum. 7 ὅτι, εἰ καί. 9 ὀργίζεσθαι δεῖ.

478. 1 locum hunc suspectum habeo, perfecte quidem non intelligo. Sententia flagitat: εἰ μὲν νόμους περὶ τῶν θυσιῶν [vel ἱερῶν] τιθεὶς περὶ τὴν ἀναγραφὴν ἐπλημμέλουν. *si leges ferens peccassem in earum formulis edendis.* vel τιθεὶς ἐνεωτέριζον περὶ τὴν ἀναγραφήν. aut simplicissimo modo, νόμους ἐτίθην παρὰ τὰς πάλαι συγγραφάς. v. p. 480, 4. 4 φάσκει. 6 quomodo ἔυπλων natum sit e στηλῶν, quae genuina est lectio, sollertia Taylori restituta, facile apparet si ЄΥΠΛΩΝ et CΤΗΛΩΝ comparentur inter se. *antep.* τὰ ἐκ τῶν κύρβεων] id est τὰ ὑπὸ τῶν κύρβεων scil. τεταγμένα ἱερά.

479. 5 posset προσόντων rectum videri et accipi debere pro ὑπαρχόντων. mallem tamen προσιόντων. τὰ προσιόντα χρήματα sunt αἱ πρόσοδοι, *reditus fisci.* v. supra ad p. 378, 10. et Marklandum ad postremum versum hujus, in qua jam versamur, paginae. idem quoque dictum velim ad vs. 8. *ult.* ἐξ ταλάντοις] rationes has numarias utcunque versem, non expedio. Contradicunt haec sequentibus tam manifeste et pertinaciter, ut conciliari nullo modo queant.

480. 4 f. κατὰ τὰς πάλαι συγγραφάς, significat vetustas, Nicomachi novatione antiquiores tabulas, in quibus decreti et definiti sumtus et apparatus sacrificiorum. 6 τούτοις] l. ταύτας. redit enim ad στήλας.

481. 7 τοῖς τὰ πονηρότατα. *ult.* αὐτῷ τιμήσητε.

482.

482. 7 τῶν ὁσίων καὶ τῶν ἱερῶν] rerum, quae inter homines sunt et ab hominibus geruntur, omnes sunt aut ἱεραὶ, *sacrae*, ad deos, aut ὅσιαι *sanctae* ad homines pertinentes. illis major; his minor, ambabus tamen sanctimonia. illis sacra, templa, victimae, festi dies, alia continentur; his leges, jura civitatum, conjuges, liberi, quae cara cuique et sancta atque tuenda sunt. vid. Dorvill. ad Chariton. p. 112.

483. 8 ἀλλ' ὡς] integra dictio esset ἀλλὰ φήσει τις, ὡς —

484. 8 ᾧ κατὰ τὸν πατέρα τῆς πόλεως οὐδὲν προσήκει. 9 κρίνεσθαι] f. κινδυνεῦσαι. *quem pro tuenda populi et popularis moderationis auctoritate pericula oportebat adire. penult.* παρεσκευασμένοι γάρ τινες.

485. 5 δεῖσθαι ὡς χρὴ] integra dictio esset, δεῖσθαι, λέγοντες ὡς χρή.

486. 3 ἀξιούμενοι recte habet. *rogati.* 4 ὑμᾶς addi necesse est. id nos quoque videbamus. verum καὶ quoque addi nil opus est.

# ORATIO XXXI.

487. *ult.* ἀλλὰ καὶ ἄλλα πολλά.

487*. 1 distinguo post εἰσὶ, et λόγῳ traho ad ἀποφῆναι. *quotquot vestrum sunt potentes,* [hoc est eloquentes, diserti] *eos rogo hortorque ut sermone ostendant majora Philonis esse delicta, quam a me demonstrata sunt.* δυνατὸς est Graecis *eloquens* et δύναμις *eloquentia*, ut ad Polybium demonstravi. 7 τούτου] puta τοῦ εἶναι πολίτας.

*qui non tantum sunt cives, verum etiam se praestare student.*

488*. 6 f. κατὰ τοσῦτο, ut vs. *antep.*

490. 3 ὑπὲρ τῶν αὐτῶν — vocab. δίκαιον recte habet. *mos, quo tenentur homines omnes.*

491. 2 ἀπεχθεσθήσεσθε. 4 οὔτ' εἰ] l. οὐ γάρ. *penult.* multa hic deesse videntur, quae solum ingenium non praestet. *ult.* ὅτι] l. ὅ.

292. 8 post ὑπαρχόντων deest προεθυμεῖτο vel simile quid. ἐπαγγειλάμενος est *ultro, sponte sua.* 12 f. αὐτῷ τοιαῦτα ψευσ. *ult.* αὐτόν τε Διότιμον.

493. *antepen.* αὐτῷ. nam ἐπεξέρχεσθαι et ἐπεξελθεῖν cum dativo construitur.

494. 2 περιγένηται. *evaserit ex illa calamitate.* 5 τι mallem abesse, ut e proximo π natum. 7 οὐ τοίνυν] f. sic restituendus locus: νῦν τοίνυν ἐρῶ γε [vel ὁρῶ τοίνυν ἔγωγε] ἤδη ὅ, τι ὑμᾶς — αὐτοῦ, οἷον οἱ οἰκεῖοι γιγνώσκουσι. *nunc tandem dicam id ejus, quod vos scire vestra maxime refert*, scil. *qualem eum familiares norint.*

497. 5 f. καὶ μηδὲν ἀφαιρουμένη μεγάλα ἔχειν ἡγεῖσθαι. *quae ea est indole, ut se putet multum adeptam*, aut *lucrari, si nihil sibi liberi adimant.*

498. 7 δοκιμαστέος. 8 f. ὁμοίων τοῖς πονηροῖς τιμώμενοι. *si sentiant eodem se loco, atque improbos, haberi.* αἴσθωνται τιμώμενοι idem est atque αἴσθωνται ἑαυτοὺς τιμᾶσθαι. *antepen.* f. excidit ἀλλ' ὅπως τῶν μεγίστων ἀξιωθῇ ante παρασκευάζεται.

499. 1 ἐκκλησιάζεται] alii ἐκκλησιάζητε. sententia flagitat ἀγωνίσαιτο. *periclitetur.* 9 τοῦτο] scil. τὸ ἐν κινδύνῳ εἶναι. mallem tamen τοῦτον. scil. κίνδυνον. *penult.* f. ἐνομίσατε ἀναξίους τῆς π.

500. 2 ἀτιμίας] *statu privato*, exclusione ab aditu ad honores. 4 ἐδέιχθη] id est ἐνομίσθη. *legibus statutum et usu receptum est.* 13 f. τῶν κατεργασαμένων καλὰ τοσαῦτα [vel καὶ τούτῳ τὴν κάθοδον] τιμηθῆναι.

501. 10 f. οὐκ ἠξίωσεν κινδυνεύειν [vel ἀμύνεσθαι] ὑπὲρ ἧς γε νῦν πρ. in ἧς γε subauditur βουλῆς. 12 μὲν] f. μοὶ. *antep.* αὐτοὺς.

502. 2 non displicet καινὰ Taylori. sed ante παραδείγματα excidit τυραννίδος, aut βίας, vel βδελυρίας, vel simile quid.

# ORATIO XXXII.

Neque haec oratio, neque insequentes duae sunt integrae.

504. *penult.* ἀδελφιδῆν bene habet. *e fratre neptem.*

507. 2 recte habet hic locus, neque moveri quidquam debet, nam, quod praecessit, pertinet solummodo ad ea, quae Theodotus volebat uxori suae post mortem suam dari. jam vero vivus adhuc, et ipsi valedicturus, dabat et numerabat ipsi et relinquebat penes eam 20 minas et 30 stateras Cyzicenos, ut haberet, unde viveret et familiam nutriret per suam absentiam. Recte habere hunc locum claro argumento est locus

pag. 511, 2. 3. praesertim integratus e codd. MStis. Recte quoque habet ordo verborum ἐπιδοῦναι et δοῦναι paullo ante p. 506. *ult.* nam maritus uxori suae ad secundas nuptias accessurae assignabat εἰς ἐπίδοσιν talentum unum. ἐπιδιδόναι proprium est verbum de dote uxoris. v. p. 507. *penult.* Sic nos quoque dicimus *Mitgift*, *Mitgabe*; *mitgeben.*

509. *penult.* ἐξέλιπε] f. ἐξεδήμει.

510. 8 f. τὰ γραμματεῖα *tabulas.*

512. *penult.* ἠγήσησθε] sententia poscit ἐπιδείξητε.

513. 9 ἱμάτια videtur, ut scholium vocabuli γναφεῖον, delendum esse. *antepen.* f. τὸ μὲν ἥμισυ αὑτῷ τίθησι, τὸ δὲ τούτοις λελόγισται. *dimidiam partem quinquies mille drachmarum ipse sibi scripsit*, suas in rationes retulit tanquam a se solvendas, ex aere suo edidit; *partem vero alteram pupillis suis imputavit.* conf. p. 515, 8.

514. 12 f. ὑπ' αὐτοῦ εἰσὶν ἀπεστερημένοι. *penult.* f. μισθώσαντι τὸν οἶκον ἀπηλλάχθαι πολλῶν πραγμάτων, ἢ γῆν πριαμένῳ —

515. 8 οὖσι delendum, aut legendum ὀρφανοῖς, παιδίοις οὖσι, λελόγισται.

517. 5 αὑτῷ λογιοῦμαι.

# ORATIO XXXIII.

519. 5 πλούτων. *antepen.* ἀχρήστων codicis Cantabr. praefero. *otiosorum et reipublicae inutilium.*

520.

520. 6 τὰ βέλτιστα τῶν δεδιότων [vel κινδυνευόντων] περὶ ἑαυτῶν. *bona consilia capere ad illos pertinet, qui de sua salute debent solliciti esse.* 10 δαπανᾶσθαι] *Graecorum corpora non esse res immortales nullaque vi domandas, sed facile multisque modis consumenda.*

521. 5 τὴν τῶν πρὸς τ. π. *ob peritiam rerum ad bellum spectantium. penult.* ἐνορῶν probum existimo, sed post γεγενημένους versu ultimo excidisse ἀγανακτῆσαι, *indignetur*, vel simile quid et forte complufcula.

# Oratio XXXIV.

524. 8 τῶν ἐκ Πειραιῶς. *penult.* τοὺς συμμάχους ἐκεκτήμεθα, aut ἐκτώμεθα. *ult.* f. οὐχ ὅπως ἕνα Ἀθηναίων τινὰ τῆς πολιτείας ἀπελάσωμεν, διενοούμεθα.

525. 2 f. ἀπελοῦμεν. nam non solum ἀπελᾶν, sed etiam ἀπελεῖν dicitur ab antiquo verbo ἀπέλλειν. 7 aut τὰς — ὀλιγαρχίας γεγενημένας legendum fervato καὶ vs. 8. aut hoc expuncto legendum ἐπίστασθε γὰρ ἐν ταῖς ἐφ᾽ ἡμῶν ὀλιγαρχίαις γεγενημέναις οὐ μόνους τοὺς γῆς —

526. 3 videtur locus sanus esse. unicum forte, quod reprehendas, sit τῇ πόλει, cui necesse quidem omnino non est, ut ἐν praefigatur, faceret tamen haud parum ad perspicuitatem, si adesset. Objectio est eorum, qui novam reipublicae formam et Phormisii consilium commendabant. *Atqui* [ajunt hi] *quomodo securi in civitate*

*tate possint esse* [nostrum] *illi, quibus sua cara sunt, alio modo, quam si Lacedaemoniis pareamus?* Lacedaemonii autem novam hanc formam quoque approbabant. occurrit ad hanc quaestionem sic: *ego vero illos volo mihi dicere* — 7 εἰ δὲ μὴ] scil. περιγίνεταί τι τῷ πλήθει. 9 f. ἐὰν μὲν πείθω, ἀμφοτέροις κοινὴν σωτηρίαν, ἐὰν δὲ μὴ, κοινὸν εἶναι κίνδυνον. *si vobis persuasero,* (Lacedaemoniis arma opponere,) *communem ambobus* (et vobis et plebi) *salutem; si minus persuasero, commune instare periculum.* *penult.* Ἴσασι] Lacedaemonii puta. τούτων] Arcadum et Mantineensium. *ult.* aut delendum πολλάκις, aut cum τοσαυτάκις mutandum. mallem quoque ἀπαντήσουσιν.

527. 2 νικήσωσι τούτους οὐ καταδουλώσεσθαί γε. *etiamsi eos* [Arcadas et Messenios] *vicerint, tamen id se non effecturos, ut illi sibi serviant.* 4 μᾶλλον abesse potest. sed ἐπιθυμήσειν non dubito ab auctore profectum esse. 10 ἡμῖν.

528. 2 ἐπὶ] l. ἔτι, aut potius ἀεὶ.



IOAN-

IOANNIS IACOBI REISKE

AD

# PLVTARCHI

OPVSCVLA MISCELLANEA

ANIMADVERSIONES.

# PRAEFATIO.

Decreveram hoc secundo nostrarum ad graecos auctores animadversionum volumine Lysiam, Polybium et Aristidam complecti. Sed ut monstravi librario excusori ea, quae illos ad auctores in schedis annotata deposueram, inii-que cum illo rationes, constitit nobis, ea numerum foliorum, quae primum volumen implent, excessura esse. Quare mutandum mihi duxi consilium, easque inire rationes, quibus hoc volumen alteri priori aequaretur. Plutarchum itaque unum duobus subjicere placuit; in cujus opuscula, vulgo moralia dicta, sed rectius miscellanea dicenda, quae superioris anni 1756. aestate media commentabar, jam prodeunto.

Non paucis virtutibus, neque contemnendis excellit Plutarchus, meritoque summis nullius non aetatis viris carus et in deliciis fuit. non caret quidem naevis, quos notare docti homines non dubitarunt; sed eos omnes dictionis majestas, doctrinarum copia, et gravissimarum atque utilissimarum sententiarum divitiae splendidissimae obruunt. multa ei soli debemus antiquitatis egregia monumenta.

Duo fere sunt summa genera opusculorum a Plutarcho elaboratorum, quae quidem ad aetatem nostram pervenerunt. Sunt quaedam argumenti mere philosophici, illa puta, in quibus quaestiones olim in scholis philosophorum non

sine

ſine contentione agitatae tractantur, et adverſus ſtoicos, epicureos, platonicosque diſputatur. horum libellorum quosdam plane non attigi, alios curſim perſtrinxi. Alterum genus continetur iis libellis, qui ad mores emendandos, animumque aut pravis perſuaſionibus, aut vitiis purgandum, honeſtatemque et virtutem commendandam faciunt. Hoc genus multo ſtudioſius atque crebrius percolui.

Unde nata fuit haec opella. cui quantum ad perfectionem deſit, probe intelligo. Plutarchum, ſi qua alia dos, doctrina commendat ampliſſima; cujus loculos expromere, mercesque dignis modis explicare illius demum eſt, qui philoſophicam hiſtoriam percalleat, veterumque poetarum et omnis antiquitatis graecae uſum habeat maximum. Quarum rerum ſi plane rudis et expers eſſem, non profecto fuiſſem tam impudens, ut ad Plutarchum interpretandum accederem. at ſentio tamen, quam multa earum adhuc diſcenda mihi ſuperſint. Quare non multo plus promitto, quam periculum emendationum ad locos corruptos, quibus haec opuſcula ſcatent; quale periculum ab ingenio ſolo, eoque non acerrimo, et quod praeſidio codicum calamo exaratorum deſtitutum fuerit, exſpectetur. Rudimentum hoc eſto picturae a manu doctiore et dexteriore perficiendae. Si poſſet ab hac, quam vivimus, aetate, plutarcheorum opuſculorum editio ſperari, non abhorreret animus ab ea ſuſcipienda. Sed praeter frigus librariorum ad hujusmodi merces, abſterret quoque provinciae difficultas,

tas, ingenii nostri mediocritas, bonorum codicum penuria, et illorum denique laborum impatientia nostra, in quibus memoriae et assiduitatis omnes partes, nullae judicii sunt. Surget forsitan aliquando, et ut surgat certe quamprimum vehementer cupio, vir doctus, sedulus, omnibus necessariis huic rei bene gerendae adminiculis instructus, qui justum commentarium, qualis verbi caussa Menagianus ille ad Diogenem Laertium est, conscribat, et Plutarcho decoram vestem induat. Hoc si egissem, in operis ingressu quidem disserendum mihi fuisset de doctrina, philosophia, dictione, virtutibusque et naevis viri; de ordine porro temporum, quibus libellos adhuc superstites elaboravit; de variis denique eorum editionibus, et de earum cujusque dotibus. discernendi fuissent libri genuini a spuriis. ipso in opere fontes fuissent indagandi, unde suos hortulos rigavit Plutarchus. multa enim ex Homero, Platone, Xenophonte, Pindaro, tragicis, et nullo non vetusto probatoque auctore, ne illos commemorem, qui plane periere, mutuo sumsit et suis immiscuit. quaestiones e philosophia petitae, priscis in scholis graecorum magnis animis controversae, ad illos locos enodandae fuissent, qui ad eas respiciunt. quae res, incredibile dictu est, quantam Plutarcho lucem accendat. Sed, quod dixi, tantam molem rerum neque humeri nostri ferunt, neque capiunt angusti fines, quibus hanc opellam circumscripsi. Ad manum si fuisset horum opusculorum prima editio, unde non valde diligenter enotatae variae lectiones

in

in calce Francfurtanae habentur, si porro Rualdi et Bryani editionibus, illaque Apophthegmatum, quam Mattaire curavit, non caruissem, exiisset haec opella perfectior. Sed relinquendae sunt suae partes futuro Plutarchi editori, quaecunque hominum aetas eum tulerit. Interim de rebus quibusdam ad Nostrum pertinentibus per lancem saturam, quod ajunt, disseremus, hoc est, adversaria nostra excutiemus.

De vita Plutarchi narrandi nobis otium fecerunt Rualdus, Corsinus, Fabricius, Jonsius, aliique viri docti. nos ipsi quoque in ea nostri libelli parte, quae sermones convivales persequitur, videmur nobis locos quosdam ad res viri privatas pertinentes rectius, quam ab aliis factum fuit, exposuisse.

Vitio inter alia Plutarcho datur rerum narrandarum turbata series, neglectae aut confusae temporum notae, et in auctore, de rebus Romanis exponere audente, non ferenda linguae latinae inscitia, quae non poterat non eum multis erroribus implicare. Ea ne commemorem, quae hoc in genere Rualdus, Dacier, et Bryanus notarunt, vir doctus, Secousse, in historia academiae parisinae litterarum elegantiorum. T. III. et IV. vitarum Plutarchi nonnullas obelis suis distinxit. Freretus idem fecit T. IX. ejusdem operis in dissertatione de epocha pugnae Marathoniae, ubi V. C. eum inter alia malignitatis erga Herodotum et superstitionis reum agit, a quibus tamen animi morbis philosophia debuisset virum sapientem liberare. Non raro deprehendi

hendi Plutarchum in eadem ipſa, quae in Chryſippo aliisque reprehendit, incidiſſe, et pugnare ſecum, negantem atque oppugnantem, et rurſus affirmantem et adſtruentem per vices eadem. quod non miror in tanta ingenii foecunditate, tantaque librorum multitudine, et argumentorum, temporum, quibus libros ſuos exaravit, aetatumque, quas exegit, et ſtudiorum, quae alia mentem alias agitant, diverſitate. Ardor diſputandi quoque haud raro ultra veri et propoſiti terminos effert.

Si otium mihi nunc eſſet Plutarchum denuo perlegendi, acrior forem atque acutior in cernendis temporum notis, quibus Plutarchus libellorum hodienum adhuc ſuperſtitum quosque exaravit. Superiore aeſtate, quum ſaxum hoc noviſſime volverem, ad hanc rem minus attendebam, neque obſervabam aetatum veſtigia, niſi exſtantia quaeque, et quae ultro in oculos incurrerent. Accipe igitur hoc de genere, quae pauca in chartis habeo.

Corſinus, V. C. Italiae ſuae decus, in vita Plutarchi p. IX. negat ſermones convivales ante annum Chriſti 90. editos fuiſſe. Cui adjicio, Plutarchum admodum ſenem, hoc eſt circa A. C. 120. hoc opus condidiſſe. nam libri quarti capite tertio de filii Autobuli nuptiis narrat, quae circa A. C. 127. contigere. Laudat in illis quoque generos tres, Patroclem, Conviv. 7, 2. Cratonem, p. 620, A. et Firmum, p. 636. A. Librum de EI Delphico jam ſenex ſcripſit, ut patet e p. 385, 6. ubi liberos jam natu grandes, et

Nero-

Neronis aetatem (vs. 11.) ut vetustate obsoletam memorat. Senex pariter scripsit librum, quo quaerit, gerendane sit seni res publica. v. p. 783, 8 et 792. antep. Consolationem ad uxorem junior scripsisse videtur, quia filiolam laudat et luget parvo natu parentibus ereptam. Civilia praecepta prius, quam libellum de fructu ex inimicis percipiendo, scripsit, ut patet e p. 86, 17 ubi lectorem ad illa remittit. E p. 1086, 5. colligitur librum adversus Coloten prius fuisse scriptum, quam illum, quo negat ad mentem Epicuri jucunde vivi posse. Libellus περὶ τȣ̃ ἀκȣ́ειν seu de recta ratione legendorum et interpretandorum poetarum et aliorum auctorum veterum, ad Nicandrum, Euthydemi filium, ejus, qui Plutarcho in sacerdotio collega erat, (Conviv. 7, 2.) scriptus est. Prius ergo fuerit editus, necesse est, quam libellus, quo animalium terrestrium et aquatilium virtutes inter se contendit, et utris deferendae sint primae partes dijudicat. nam illo superiore viam et rationem monstrat in studiorum institutione tenendam. scriptus itaque fuit in usum juvenis literarum stadium ingredientis. at in altera illa de animalibus disputatione Nicander idem Autobuli partes tuetur, terrestria praeferentis animalia. quae persona non decet nisi juvenem haud mediocriter jam in literis provectum. Ambo autem libelli a sene Plutarcho videntur profecti esse. credibile enim est ambos haud multorum annorum spatio discretos esse, et Autobulum partes illas, quas pater ipsi dedit, agentem par est fingi

annos

annos ad triginta natum. Circa idem tempus necesse est libellum de procreatione animarum juxta Timaeum prodiisse, inscriptum eidem Autobulo et Plutarcho, filiis, qui doctrinam tam sublimem cepisse, nisi aetate jam confirmata, existimandi non sunt. Pollianum et Eurydicen persuasit sibi Jonsius Plutarchi, illum generum, hanc filiam, fuisse. Qua in re ni eum fefellerit ingenium, necesse est ut conjugalia praecepta ad eos missa pariter aetate jam provecta scripserit. In libello de tarda numinis vindicta gener Plutarchi Patrocles loquens introducitur. Pertinet igitur et hic ad eam aetatem, qua Plutarchus florentem domum suam liberorum conjugiis et nepotum proventu vidit. Praecepta sanitatis tuendae post Titi Imp. excessum scripta sunt, ut patet e p. 123, 37. Libellus de primo frigido sub expeditione Trajani Dacica, circa A. C. 101. exiit. Forsitan aliorum libellorum aetates ad ipsos indicavi, quorum nunc non commemini.

Jam ad libros Plutarchi genuinos et spurios transeo. Saepe fama celebris nominis movit impostores, ut sub eo sui ingenii, sed haud paris, foetus venderent. Multis quoque Plutarchi nomen commune fuit. Geminus hic fons est, unde manarunt opuscula nonnulla Chaeronensi, seu per dolum, seu per errorem, subjecta. Non enim negaverim eorum nonnulla, quae sub Plutarchi nomine hodie ambulant, ab aliquo Plutarcho esse profecta, at ab illo vetusto Chaeronense fuisse, nego. Recentiorum temporum et ignobiliorum ingeniorum ea sunt μελετήματα. Corsinus

finus in vita Plutarchi Chaeronenfis p. IX. prologum ad Apophthegmata ei abjudicat. Voffius fenior, et ad ejus exemplum Jonfius, credidere Plutarchum juniorem quinque libros de placitis philofophorum fcripfiffe, non affentiente Corfino p. XVI. Xylander libellum, aquane an ignis utilior, habet pro fchediafmate juvenis alicujus fophiftae ingenium periclitantis, aut, fi Plutarchi fit, exiftimat ab eo adhuc admodum juvene exaratum fuiffe. Rualdus libellum de puerorum educatione ei ademtum ivit. De opufculo mulierum virtutes celebrante ita loquitur Freretus l. c. p. 296. quafi crederet illud ei falfo tribui. Vitam Lycurgi, et univerfim decem oratorum graecorum, videtur aliquis Plutarchus Athenienfis fcripfiffe. v. dicta ad pag. 843, 41. Joannes Chapman obfervationes ad Ulpiano vulgo tributos ad Demofthenem commentarios, editioni philippicarum Demofthenis a Mounteneyo Cantabrigiae A. 1731. curatae praemifit. In his, p. XXXII. contendit vitam brevem Demofthenis Plutarcho vulgo adfcriptam Ulpiani opus effe. De *αἰτίοις* Graecis et Romanis vacillat Henr. Dodwellus in differtatione ad Plutarchi libellum de fluminibus, tomo fecundo geographorum minorum Hudfoni. Idem eundem de fluminibus libellum negat Chaeronenfis effe. Plutarchi verus de Homero liber, judice Jonfio, periit; qui hodie fub ejus nomine ambulat, fpurius eft. Eidem claffi accenfet Rualdus libellum, virtutem docilem effe; Fabricio repugnante; item illum, quo evincitur, philofopho

praeci-

praecipue cum viris principibus converſandum eſſe. Tractatus de nobilitate a Wolſio in Graecis Anecdotis editus Noſtri non eſt: quod vel ſola jejuna et ſoloeca dictio manifeſto probat.

Editiones Plutarchi opuſculorum qui noſſe velit, ille T. III. Bibl. Graecae Fabricii adeat. Aldina princeps ad manum mihi non fuit. Ex ea excerptas varias lectiones exhibet Francfurtana anno 1620. curata, ad cujus paginas et verſus hanc opellam accommodavi. Cum Aldinae variantibus habes ibi quoque variantes ex editione Baſileenſe codicibusque calamo exaratis tribus gallicis, Vulcobiano, Turnebino et Petaviano excerptas. Sed, ſi *Baſileenſis* edito Aldinam exacte imitata fuit et fideliter reddidit, neceſſe eſt, quisquis ille fuerit, qui farraginem illam variantium compilavit, ut ille haud diligenter ſuam provinciam adminiſtrarit. Id affirmare poſſum, et exemplis non paucis in ipſa opella noſtra demonſtratum dedi, magna negligentia eum e Baſileenſe editione variantes excerpſiſſe. Frobenianae hujus editionis curator reddideritne ubique Aldinam religioſe, an indulſerit aliquid ingenio, an denique auctoritatem codicum manu exaratorum ſecutus fuerit, qui penes eum eſſent, mihi non liquet. Dolendum utique primos illos, et primis proximos veterum librorum editores aut nullas addidiſſe ſuis editionibus praefationes, aut eas in locis communibus, iisque levis plerumque momenti, conſumſiſſe, quod autem noſtra maxime intererat noſſe, quibusnam e codicibus ſuas editiones duxiſſent, et cujus notae

fuissent illi codices, et suone ipsi aliquid ingenio, et quantum indulsissent in refingendis auctorum verbis, id vero tanti non fecisse, ut significarent, tanquam ea res levis et nulli usui futura esset. Utor editione Basileense Plutarchi, Vitarum quidem A. 1523. opusculorum autem An. 1542. curata. Vitae ex officina Bebelii, opuscula vero ex Hieronymi Frobenii et Nicolai Episcopii prodierunt. neutro in volumine meus quidem codex praefationem habet. nescio an alii codices habeant. Vehementer hujus editionis lectiones a lectionibus editionis illius, quam Henricus Stephanus Genevae A. 1572. curavit, discrepant. nam id leve est, ordinem librorum in Stephanina alium, quam in vetustioribus, esse. quamvis, ubi novus vetusto nullo modo melior sit, praestitisset, meo judicio, vetustum servare. Ordo, qui Stephano placuit, aeque nullus, aeque turbidus et confusaneus est, si quid intelligo, quam veterum editionum est. Stephanus Plutarchum integrum sex voluminibus graecis, totidemque latinis, typis chartisque nitidis, edidit: qua dote libri ex ejus officina proditi plerique se commendant. In ipso statim titulo hujus editionis asseverat Stephanus e vetustis codicibus plurima tum primum se emendasse. Nolo equidem fidem viri de graecis literis immortaliter meriti suspectam facere; neque inficiabor eum bonae notae codicibus Plutarchi in Italia usum fuisse. Celare tamen non possum suspicionem de Stephano meam. Vehementer suspicor eum, quod in aliis auctoribus, in hoc quoque ausum

fuisse,

fuisse, ut sub praeconio codicum manu exaratorum interdum suas conjecturas in textum immitteret, et incautis atque ignaris lectoribus obtruderet. Ecquis tandem sit, qui ejusmodi fraude non circumveniatur, si ea uti liceat. Bonam fidem hoc est decoquere. Liceat editori suas conjecturas in textum immittere. Simul autem sedula ipsi danda est opera, ut lector, quid in codice manuscripto fuerit, ne nesciat. Bona fide utatur necesse est. Stephaninam expresserunt Francfurtani, et, ni fallor, Rualdus quoque, Parisinae curator. Succurrit adhuc, quod de editione Basileense moneam. Videtur mihi, ut Henricus Stephanus, ita quoque vir ille doctus, qui officinarum Basileensium sphalmata emendavit, aut operis Basileensibus exemplum, quod exprimerent, a se recensitum in manus dedit, ex ingenio suo quaedam, non monito lectore, mutasse. Fui aliquando ea in opinione, ut crederem virum illum doctum, mihi adhuc dum ignotum, fuisse Xylandrum. Sed falsum ea in re me fuisse postea deprehendi. primum enim, ut Xylander ille sit, rationes temporum haud patiuntur. deinde ipse in aliqua ad libellum, haud posse jucunde ad Epicuri mentem vivi, annotatione (ea pertinet ad p. 1090. et exstat p. m. 22. ejus annotationum) ibi igitur queritur Xylander correctorem Basileensem adversus mentem auctoris et exemplum codicis Aldini locum corrupisse. constat igitur hinc codicem Basileensem ab Aldino passim discrepare.

Ex hac editione Basileense Plutarchum latinum fecit Guilielmus Xylander, vir excellenter graece doctus, industrius, atque dignus, qui ab Henrico Stephano honestius tractaretur. Verum Henricus erat homo doctus quidem et optime de literis meritus, at erga alios suae sortis viros non minus doctos et industrios malevolus, acerbus obtrectator, saevus et dirus aemulus; Xylander apud intelligentes rerum hac Plutarchi interpretatione magnam laudem meruit, difficultates si reputes, quae negotium hoc premunt. multo plures locos in graecis vitiosos tacite in latinis emendavit, quam in libello annotationum indicavit; id quod studio brevitatis et taedio minutiarum persequendarum fecit. Multa si reliquit aliis emendanda et perpolienda, atque melius interpretanda, nemo id mirabitur, qui secum reputet, unius hominis non esse, Plutarchum perpurgare. nos ipsimet quoque, quamvis non paucas ei maculas abstersisse nobis videamur, multas tamen, easque gravissimas atque pertinacissimas, postventuris eluendas reliquimus. Ni bonae notae codices manu exarati acri et felici succurrant ingenio, solum hoc per se tollendis mendis omnibus par non est. Mutuam sibi operam haec duo praestant subsidia, et neutrum carere potest altero, si perfectum aliquid flagitetur. Ni meliores atque integriores incidamus in codices Plutarchi, quam illi sunt, quibus ad hoc aetatis usi fuimus, aeternum ille jacebit desperatus et conclamatus. Opus utique reformatione habet Xylandri latina interpretatio.

tio: verumtamen ita Plutarchi opuscula interpretari, ut emendationi et reprehensioni locum non relinquas, id supra hominis vires est. Facile principem locum Plutarchus in illis vetustis auctoribus obtinet, qui se interpretibus duros et difficiles praebent. obscurus est cum ob dictionis ἀτοπίαν, tum ob doctrinarum, quibus lectores obruit, copiam atque varietatem.

Referam hic breviter meam de Plutarchi dictione sententiam nuper a me vernaculo sermone in Supplementis et animadversionibus ad Historiam Academiae regiae Parisinae Inscriptionum et elegantiorum literarum propositam T. XI. p. 115. occasionem hac de re differendi mihi dabat judicium Gedoyni, qui Plutarchi dictionem languidam esse T. VI. dictae Historiae p. 175. asseveravit. (Historiam hanc quoties in hac opella laudo, cito semper germanicam interpretationem hic Lipsiae editam, quam elegantissimi ingenii matronae Gotschediae, sexus sui et saeculi nostri decori, debemus.) Ego vero negabam perspicere me posse, qui languidam in Plutarcho agnoscere potuerit V. C. Hic enim profecto, si quis alius, attentionem lectoris omnem provocat, et facultates mentis omnes exercet. In Graecis novi neminem, qui sermone libero usus poetis tamen tam dixerit similia, quam Plutarchus dixit. opuscula ejus tapetem persicum, aut areolam floribus pictam referunt. vix digitum porias, quin in fragmentum aliquod Homeri, Sophoclis, Euripidae, Menandri, Pindari, Lyricorum, Platonis, alteriusve

ve alicujus clari philoſophi, et, ut brevis ſim, graecorum ὅσον ὄφελος, impingas. Tela haec eſt e liciis verſicoloribus contexta, quorum venuſtas parum perſpicitur, niſi noris quo e panno decerpta quaeque fuerint. nitet alluſionibus ad fabularem veramque hiſtoriam, ad lites, quae ſcholas philoſophorum illa aetate dirimebant. quae cui latent, illi neceſſe eſt ut Plutarchus obſcurus et inficetus videatur. Ex quo fit, ut ejus dictio ſpeciem nanciſcatur ἄτοπον. Teſſelatum opus eſt, adſpectu foedum, e fragminibus elegantiſſimis compoſitum, qualia ſunt opera muſiva temporum gothicorum, oculum ſapientem offendentia, quamvis auro, argento, armenoque lapide et coloribus vividiſſimis ardeant. Fragmina quaeque in ſe ſpectata vitio carent, at compoſitionis ratio vitioſa eſt. verba ſingularia ſunt exquiſita et delecta, nobilia, excelſa, poetica; ad vivum pingunt. Sed ſaepe tumet dictio et eſt dithyrambica, eoque non aequabilis. modo graviter incedit, modo currit, modo volat in nubibus, modo humi jacet. Haec eſt illa dictio, quam Latini maculoſam appellant. Imagines rerum condonabo Plutarcho, quas varias magnoque numero infercit. Si vitium id eſt, vitium eſt jucundum et amabile. at ſunt tamen illae imagines haud raro longius arceſſitae, et male congruunt. Plutarchi dictio in exemplum imitatione dignum proponi haud debet. Fieri vix poteſt, ut ea ſcribendi ratio auctori ſuo minore ſudore conſtiterit, quam legentibus conſtat opera eum intelligendi. quamvis hoſpes in eo

non

non sim, fateor tamen multa ejus me nondum intelligere. In caussa est cum κακοζηλία in scribendo, quae patriam viri, crassam Boeotiam, prodit, tum coacervata et constipata πολυϊστορίας, lectorem poscens, rerum multarum non minus, quam auctor ipse fuit, gnarum, qui bonae notae auctores ad unguem calleat, et paene memoriter teneat, in poetis habitet, orbem terrarum cum geographis et historicis vetustis perlustraverit, philosophorum scholas omnes frequentaverit, et earum cujusque praecepta imbiberit. Hae eruditionis copiae ipsum injucundum et obscurum efficiunt, non praecepta morum, ab eo tradita. Quotus enim quisque est, qui libenter auctorem legat, in quo gradum absque offensione non promoveat? Libentius utique per amoenum hortum et tritum tramitem incedimus, quam per silvam stratis arboribus impeditam.

Haec fere sunt, quae dicto loco de Plutarchi dictione disputavi. In quibus facile fieri potest ut multorum deinceps calculum non ferant; multi enim sunt majorum, a quibus hac in re dissentio; at suus cuique sensus est. Ponderent, quibus tanti videbitur, sententiae meae rationes a me editas. Jam in viam redeo, et de Stephanina Plutarchi editione unum id adhuc noto, Stephanum in libris quibusdam, iis praesertim, qui ad meram morum doctrinam pertinent, egregiam navasse operam, et multas priorum editionum mendas sustulisse; in aliis contra, illis praecipue, qui spinosas quaestiones mere philoso-

losophicas, et lites nimium subtiles, nugasque platonicorum, epicureorum et stoicorum, aut physiologorum λεπτολογίας referunt et evolvunt, nimis quam supinum se dedisse, et codicem exhibuisse multo inquinatiorem, quam est Basileensis. Scilicet in illo genere scriptionum facilius est emendare, quam in hoc. Illud planius et dilucidius est, hoc paucis patet, paucis arridet. Forte piguit Stephanum in opusculis ingenium exercere, quae lectu indigna judicabat. Argumentum hoc unum haud debile est suspicionis meae superius declaratae, Stephanum non e solis codicibus manuscriptis Plutarchum, sed saepe quoque suo ex ingenio emendasse. Utinam majores nostri religiosiores fuissent in discernendis seduloque indicandis suorum codicum calamo exaratorum lectionibus, suisque conjecturis. Sic enim constaret, quid ab antiquitate, quid ab ingenio novitiorum profectum esset, neque miserae atque periculosae conditioni, ut nunc sumus, essemus obnoxii, pro Junone nubem, hoc est pro veris primigeniis auctorum verbis conjecturas, saepe falsas, amplectendi, iisque secure indormiendi.

Excepit Stephani, seu Genevensem editionem, Francfurtana in Aubriorum officina. A. 1620. curata, grandibus duobus voluminibus, quorum unum vitas, alterum opuscula continet. In calce habes varias lectiones e codicibus, quos supra jam nominavi, excerptas. Nullus trium illorum codicum Gallicorum purus est, sed omnes conjecturis doctorum hominum contaminati.

Non

Non negem multas egregias lectiones e codicibus optimae notae ductas ipsis inesse. Sed manifesta quoque multa illis insunt vestigia conjecturarum ex ingenio virorum doctorum, forsitan Aurati et Turnebi, vel et Budaei, professorum. Talis est codex Livii Sigonianus; et Antiquitatum Romanarum Dionysii Halicarnassensis Vaticanus, quod demonstratum dabo, quum meas ad Dionysium animadversiones proferam. Unico jam defungar illustri specimine, unde constet codicem Plutarchi Petavianum conjecturis recentioris alicujus critici inquinatum esse. Pag. 1102, 17. editionis Francfurtanae leguntur haec ἄπεισι λέγων. Τὸ μὲν ἀνδρεῖον ἔθυον οὐ προσέχουσιν οὐδέν μοι θεοῖς: variae lectiones ad h. l. e codice Petaviano proferunt pro vocabulo ἀνδρεῖον, tanquam variam lectionem, aut, si mavis, emendationem; ἱερεῖον. atqui haec mera παραδιόρθωσις novitii alicujus critici est. quid enim certius esse, quid magis in oculos incurrere possit, quam locum sic, nulla vel literulae facta mutatione, legendum esse: ἄπεισι λέγων τὸ Μενάνδρειον.

*Ἔθυον οὐ προσέχουσιν οὐδέν μοι θεοῖς,*

*abit dictum illud Menandri secum recitans:*

*Sacrificavi diis me pensi non habentibus.*

Quid in emendando Plutarcho praestiterit Rualdus, non habeo dicere, quum ejus editione caream. Parisina recentiorem novi nullam. Mattairii editionem Apophthegmatum pariter desideravi. A Corsinio editos Florentiae Anno 1750. quinque libros de philosophorum placitis

ad

ad manus habui, ex iisque multum profeci. Habui quoque libellum de Iside et Osiride graece cum Anglicana interpretatione et annotationibus doctis Marklandi, Bentleji, Baxteri et suis a Samuele Squire editum Cantabrigiae An. 1744. Ambobus in his libris discessi a meo more paginas et versus editionis Francfurtanae citandi, citoque paginas et versus editionis Corsinianae et Squirianae. Hi sunt editores nobiliores opusculorum Plutarchi singularium, qui memoriae meae succurrunt.

Nunc quid hoc in libello agendum mihi proposuerim, et quid effecerim, brevibus exponam. Summa mei studii fuit haec, ut locos Plutarchi corruptos, quantum ejus rei ex ingenio solo fieri posset, emendarem. Demisi me, haud infitiabor, interdum ad minuta. Sed haec abesse ab hoc genere nequeunt. Si veterem philosophiam magis callerem; si confectum haberem indicem in Plutarchum, cujus ope ipsum ex semet emendare facile esset; nemo enim veterum Plutarcho crebrius semet ipse compilat; si haberem indices in Platonem, Xenophontem, tragicos, Demosthenem, alios; si Stobaeum cum Plutarcho contulissem; si mihi taedii patientior esset animus, et temporis jacturam aequius ferrem, quod in operosis indagationibus singularium saepe locorum multas horas absumentibus, et in volutatione librorum multorum perit; si denique uni Plutarcho vacare aut licuisset aut libuisset: darem procul dubio aliquid perfectius. Sed abhorret mihi animus ab omni aerumnosa

per-

perſcrutatione; fugit vel ſpeciem compilationis. memoria haud polleo, et in legendis vetuſtis auctoribus judicium magis exerceo. Ex quo fit ut meae ad illos animadverſiones paene meris contineantur conjecturis de recta ratione corruptos locos emendandi, aut male ab interpretibus acceptos bene reddendi. Si quid iis inſit alterius generis, quod aliquam lectionis copiam aut adverſaria locupletia ſignificet, hoc ferme eſt, quod labore non magno mihi conſtiterit. Forſitan quoque plures locos emendaſſem, ſi variantes lectiones codici Francfurtano adjunctas ſaepius inſpexiſſem, et e mendis verarum lectionum veſtigia ſublegiſſem. Sed longo in opere taedium et torpor obrepit. tantae molis volumen, quantae ſecundum eſt Plutarchi Francfurtani, ſingulis momentis volvere atque revolvere, herculeae opus eſt patientiae. Sylvas variantium lectionum ipſis auctorum verbis ſubjectas, et ad verſus certis notis numeriſque adſtrictas, quae laudabilis inſtitutio in libris hujus aetatis noſtrae regnat, luſtrare et ad textum exigere taedioſum eſt; nedum ut taedioſum ſit in calcem libri rejectas examinare, nulliſque verſuum numeris aliisve notis, quae oculum ſcrutatorem dirigere queant, diſtinctas, ſed illo vetuſto more, oppido ἀρχαίῳ et nobis inſueto, qui pro numeris verſuum primas cujusque literas ponit; quod magnam quaerenti moleſtiam creat.

Erunt forſitan, quibus optima libelli noſtri pars ea videatur eſſe, quae a *Claudio Salmaſio* profecta eſt. Decus illi profecto non exiguum addent

addent Summi Viri ad Plutarchum notulae nunc primum a me editae, e codice Stephanino, quo ille olim utebatur, a me exscriptae, quum Leidae agerem ante hos undecim annos. Codicem illum benigne mecum communicavit *Abrahamus Gronovius*, V. C. e patria et avita bibliotheca depromtum, unde tot praeclarae copiae literariae jam prodierunt. Quamdiu Leidae egi, semper amantem studiosumque mei habui virum humanissimum. quod non possum facere, quin publice gratus profitear. qua occasione Salmasiani codicis ille mihi copiam fecerit, si narrare instituerem, moverem cum ejus molestia atque dolore, nullo meo emolumento, publicam indignationem adversus homines indoctos et ingratos, invidiae Burmannianae fermento tumentes, gazasque literarias, quibus ipsi tam parum utuntur, quam uti sciunt, aliis petentibus negantes. Sed permittamus hos Musarum osores iratis Musis, quibus nati sunt.

Quos libros Plutarchi semel tantummodo perlegi, eorum titulis asteriscum adscripsi, eo fine, ut monerem lectores meos, ad illos libros a me nihil aliud oportere exspectari, quam crudum σχεδίασμα, quale homo in argumento difficili et obscuro haud exercitatus ad primam lectionem effundat. Reliquorum librorum, eo nota carentium, nullus est, quem non ter aut quater perlegerim.

Instituebam aliquando librorum plutarcheorum argumenta conscribere. Haberet profecto ea res magnam utilitatem cum jucunditate conjunctam.

junctam. Legeres enim sic mera morum saluberrima praecepta, haurires liquidissimam philosophiam absque faecibus confusaneae dictionis et farragine doctrinae adscititiae. Sed cito taedium obrepsit hoc agenti, et impetum meum repressit. Erit tamen haec quoque, cum aliis, necessaria muneris pars futuro Plutarchi editori, qui ut quam primum, sed idoneus, existat, ex animo opto. Scripsi d. 10 Junii 1757.

---

## *DE RECTA RATIONE POETARVM LEGENDORVM.

14. 8 recte restituit Cl. Krebs λέγεσθαι, sed ab eo jam emendata praeterire decrevi.

15. 24 τοῖς χρωμένοις. ut etiam Potterus, cujus editionem hujus libelli videre mihi non contigit. 48 f. ὑθλομανεῖ *insanit in nugas.*

16. 10 post ψεύδους videtur aliquid deesse, f. *ἄκοντες δὲ, διὰ τὸ ἄσκοπον καὶ ἐπισφαλὲς τῆς ἀνθρωπίνης γνώμης.* v. vs. *antep.* nisi forte putes Plutarchum abreptum copia et impetu orationis oblitum fuisse instituti sermonis, et tandem vs. *penult.* rediisse ad coeptum sermonem eumque absolvisse, sed alia structura. 11 κἂν]. l. ἄν. κ adhaesit e praemisso η. porro post ἀτερπὲς ἔχῃ τέλος excidisse videtur aliquid, e. c. τοῦ λυπηροῦ [vel ἀκινδεώπου] οὐκ ἐξίσταται. 23 f. τοὺς δ᾽ Αἰσώπου ἠμφιεσμένους τοῖς ἔπεσι μύθους ποίησιν ἐνόμιζε: *at quias Æsopus fabulas pedestri et soluta oratione tradidisset, eas carmine vestitas poëseos nomen mereri existimabat.* 39 idem quod

Grotio

Grotio et Gesnero, mihi quoque nondum cognitis eorum conjecturis, in mentem venerat. Huic scilicet visum fuit ἐπιλήψεται μὲν ἂν τῦ φοβῦμένυ, quo significatur Pluto Homericus; illi autem placuit vs. 41. Ἀπόλλωνι. significat autem Apollinem perfidum, qui cum Achillem (is est ille, qui primus Achaeorum hic loci appellatur) celebrasset laudibus, et interfuisset epulis, illis, in quibus Achilles sagitta transfixus fuit a Paride, et promissis falsis animum ipsi addidisset, ut in templum Apollinis veniret ibique apparatis epulis lugubribus adesset, tamen Paridis cubitum et telum in eundem Achillem direxit.

18. 15 καὶ ἡ ποιητική. 26 mallem ὁμοίως. 28 miror hic Cl. Krebsium scrupulum injicere. Sisyphus non est ille Corinthius, avus Ulyssis, sed aliquis Menandreus e comoedia Graeca, unde Batrachus quoque arcessitus. 32 aut del. τὸ, aut leg. καὶ τὸ καλῶς μ. 41 f. τάλαντον ἀπροὶξ μὴ λάβω; *egone talentum missum faciam, quod gratuito liceat adipisci?*

19. 6 ἀρχαίαν τε καὶ πιθανὴν ἅμα δ᾽ Ἀδωνῦσαν. 9 τῦτο. 23 αὐτῦ. *suum judicium subjicit*, qualis ea sibi, poëtae, videretur esse oratio, scil. irati atrox oratio.

20. 35 videtur versus unus aut saltim finis versus superioris excidisse, et locus ad hunc modum legendus esse:

— — σέβοντα τὺς θεὺς

τί δῆτα κάμνειν δεῖ σε, κατθανεῖν δέον [vel χρεὼν] respondet alter. Λέγ᾽ ἄμεινον. *quid opus est*

*est te in perficiendo deorum cultu laborare, quum mori necesse nihilominus sit.* resp. *bona verba, amice.* 42 post λεγομένοις excidit aliquid, e. c. ἀγομένους, aut τερπομένους, aut ἐφεπομένους, vel simile quid. paritas soni et speciei literarum aures et oculos librarii fallere potuit. 44 post χαλεπότητας deesse videtur ὑποφέρειν δεῖ.

21. 12 f. δεινὸς γὰρ ἕρπειν πλοῦτος ἔς τε τ' ἄβατα καὶ τὰ βατὰ μηδὲν ἐκπονῶν [vel μηδενὶ σὺν πόνῳ]. πένης δ' ἀνὴρ οὐδ' ἐντυχὼν — *valet opulentia et in ardua eniti, et in plano posita invadere*, invia et pervia pervadit, *nullo labore. at pauper homo ne illa quidem adipiscitur, quantumvis appetens, in quae ultro inciderit.* 15 δυσώνυμον et γλώσσῃ arcte cohaerent. *quem lingua refugiat et horreat nominare*, ob nominis barbarici asperitatem et foeditatem, *eum opulentia efficit sapientem*, hoc est, e barbaro Graecum, e stupido sapientem efficit. nam barbari pro stupidis habebantur. recte habet ἐντυχὼν, pro quo pravo consilio reposuit Grotius ἐντυχῶν. est enim idem atque περιπεσών. 29 ὅμως videtur e vs. superiore perperam iteratum. forsitan igitur aut delendum, aut cum πολλῷ mutandum. quam enim vim hic loci habeat ὅμως, non video. 48 Cogitabam aliquando ἐμπέπληκε ῥᾳθυμίας. *socordiae*, ut metum deorum et studium honeste agendae vitae omitterent, securi futurae post peractam hanc vitam felicitatis adipiscendae, quandoquidem initiis muniti adversus poenas infernales essent. sed recte habet vulgata lectio. necesse enim erat, eum, qui Sophoclis huic sen-

tentiae fidem adhiberet, non initiatus, moerore affligi et angi. Non initiatorum autem numerus ad initiatos erat maximus.

22. 32 non possum non Krebsii certae conjecturae τύχην subscribere. 47 καὶ θοάσσειν referendum est ad vs. 45. ut sit καὶ τῷ θοάζειν καὶ θοάσσειν ἢ τὸ κινεῖσθαι σ. — et deinceps ἢ τὸ καθέζεσθαι ὡς Σοφοκλῆς.

23. 10 versus hos recte constituit Grotius in editione sua hujus libelli Stobaei Florilegio praemissa. quam editionem ad manus Cl. Krebsio suam paranti non fuisse miror. poterat sane quosdam ex ea locos meliores facere. poterat quoque Grotii interpretationem Xylandrinae praeferre. 36 κακὰ μηχανᾶσθαι, duobus vocabulis. nam in composito κακομηχανεῖν dicitur.

24. 22 Ζεύς γάρ τοι νεμεσᾷ, ἄν ἀμείνονι ἀνδρὶ μάχοιο, ut p. 36, 4 legitur. 25 πράγματα delend. κατὰ πολλὰ est per se *multis modis*. posset quoque legi κατὰ πολλοὺς τρόπους. 30 ἐνδοξίαν [gemino ν] ἀρετὴν καὶ τὴν δύναμιν. nam ἔνδοξος pro *celebri* dicitur, non εὔδοξος.

25. 30 μὲν] l. γε. 43 καὶ μὴ δυσχεραίνων, μὴ ἀκούων δὲ, μηδὲ ἀποδ.

26. 2 f. παραγωγὰς πρὸς τὸ εὐπρεπές. 24 πρὸς recte abest ab edit. Ald. et Basil. 34 πρὸς τὸ συμφέρον. 47 f. οὐδὲ ῥωπικὸν, *sordidum, humile, plebejum.*

27. 23 f. versus sunt senarii sic constituendi:

— εὐδαιμονεῖ Πολίαγρος
οὐράνιον ὅσσον, αἶγα πλουτοφόρον τρέφων.

*beatus est mirificum in modum Poliager habens capellam*

*pellam divitiarum generatricem.* οὐράνιον ὅσον est Graecis usitata formula pro οὐράνιον vel δαιμόνιον, θαυμάσιόν ἐστιν, ὅσον εὐδαιμονεῖ. 46 ἐάσομεν. 53 ἐπιγελῶντας vehementer suspectum. λόγοι ἐπιγελῶντες non sunt *rationes arridentes*, quod visum fuit Xylandro. Graecum id quidem non est. miror interpretes omnes hunc scopulum praeternavigasse. sententia flagitat ἐπιεικεῖς, vel εὐγενεῖς, aut εὐλόγως. Putabunt forsitan aliqui vulgatam e Nostri loco p. 1087, 50. defendi posse; mihi autem secus videtur. Conf. p. 1103, 23 ubi etiam diversa ratio.

28. 16 locum hunc jam emendarunt Salmasius, Grotius, Krebsius.

30. 34 sic distinguo et lego: — λόγος ἐστίν. ὑπομιμνήσκωμεν οὖν αὐτούς. 35 κοινῶς, *plebeje*. opponitur enim τῷ περιττῶς, ut statim post καθαρῶς τῷ ῥητορικῶς, *perspicue, plane, absque ornatu*. 37 ἡ παιγνία vocabulum Graecum non est. legendum igitur aut παιδιᾶς aut παιγνίων.

31. 22 parum absum ab eo, ut credam ποιῶν deesse post ἀπαιδεύτων. 39 verba Ζεῦ πάτερ Ἴδηθεν μεδέων καὶ τὸ delenda sunt, aut desunt quaedam, in quibus ratio fuit exposita, qua usus est Cleanthes ea verba interpretandi. 46 πιέζειν suspectum, nisi desumtum sit simile de fructibus, e quibus succus exprimitur.

32. 41 loco ἑκάστου conjeceram ἐκ νοῦ, antequam vidissem Cl. Krebsii certissimam pariter atque facillimam emendandi rationem; qui ex ΕΚΑCΤΟΥ efficit ΕΚ ΛΟΓΟΥ. 43 f. χρηστότατον, aut χρησιμώτατον.

33. 25 recte reposuit Grotius *Cleanthis* nomen, et vs. 27. δαπάναισι σῶσαι. 35 ἂν γ' ἐλεύθερος μ. 39 οὐδ' ἐστὶν ὁ ζηλωτὸς ἀνθρ. 46 f. τυγχάνοντα κακῶν συμμέτρων. 53 ἱππεὺς jam dudum ante Krebsium restituerat Grotius, cujus nullam a Krebsio hic loci factam mentionem miror, cum tamen alia ejus vestigia in commentariis Krebsianis reperiam, ut dubius sim, usus ne Krebsius Grotii editione fuerit, an recte eum illa usum fuisse paullo ante negaverim.

34. 24 κινεῖν] num τείνειν, an κοινοῦν. 26 recte dat editio Grotii, sed sola, quantum novi, ὀξυηκοΐας.

35. 4 τὸ secundum delend. 30 ἂν, τὸ τοῦ χρήσ. ut respondeat illis vs. 28. τὸ μὲν εἰς μετριότητα, τὸ —

36. 21 ἀσκεῖ. 28 effeceram ex antiqua lectione τιμαῖς πάμπαν κεκάσθαι. *omni honorum genere ornati videmini.* in caeteris Salmasio subscribo, quem Grotius et Krebsius secuti sunt. 33 συνοικειοῦν] subaudi τοὺς ποιητὰς τὰ ἔπη τοῖς τῶν φιλοσόφων δόγμασι. 35 προανοίγει. *prius aperit*, quam ad philosophiam accedat. 46 νόθῳ φωτὶ κεκραμένης μύθοις ἀληθείας. *in spuria luce* [hoc est, in debili et dubia luce] *veritatis fabulis remixtae. penult.* si metri habenda ratio et legibus prosodicis certa fides constat, legendum δήμητρος ἀκτῆς καὶ πόματος ὑδρηχόου.

37. 1 f. μεγίστη δὴ βροτῶν εὐπραξία τῷ τὰ ἐλάχιστα γίνεται λυπουμένῳ. 7 post φύσιν deest aliquid, e. c. ἑαυτῇ ἀρκοῦν vel simile.

DE

# DE RECTA RATIONE AVSCVLTANDI.

10. Locus Herodoti est I, 18. ubi additur ἐκδυομένῳ, quod adsit, absit, parum refert.

38. 8 ἢ delendum. 15 recte Stephanina dat ᾔδει, post quam vocem figendum comma. cohaeret enim cum ἐντραφέντας. 17 f. καὶ Βίας μὲν ὁ παλ. conf. p. 151. 20 οἱ δὲ πολλοὶ. 21 facio cum codd. qui κἀκείνους τοῦτο ποιεῖν exhibent. 25 nonnihil offendit me dictio ἀβλαστὴς πρὸς ἀρετήν. videtur aliquid excidisse, e. gr. ἀβλαστὴς διαμένει καὶ νωθρὸς πρὸς ἀρετὴν, vel καὶ ἀνεπιτήδειος πρὸς ἀρετήν. 36 ἑτέρους.

39. 8 f. λόγους ψυχροὺς καὶ φλυάρους. nam φλυάρους non substantivum, sed adjectivum est. 13 Spintharus fuit Tarentinus, pythagoricae sectae addictus, magister et familiaris Epaminondae, Thebis cum eo versatus. v. p. 592, *antepen.* ubi hanc ipsam dictionem repetit, et Menage ad Diog. Laërt. II, 20. 24 μεταθέσθαι ἢ καὶ ἀφελεῖν. 41 aegre ipsi faciunt, *urunt eum sua bona*, i. e. illae res, unde proficere ad virtutem posset ipse. 49 εἰ ἀγαπῶνται, *si dicentes alios amant, caritate amplectuntur et magni faciunt.* *antepen.* recte Ald. et Bas. εἰπόντας. *penult.* μὴ ἀπὸ [vel ὑπὸ] τῶν εἰρημένων βελτίονες [scil. οἱ ἀκροαταὶ] γένωνται.

40. 5 e lectione Turnebini et Vulcobiani cod. efficio ἂν δὲ μηδένα ἢ διαστρέψαι, *quod si neminis animum pervertere et ad pravum detorquere queat.* 6 f. παραβάλλουσαν ἑτέρους τινὰς

 conje-

conjeceram, antequam idem in v. l. e Vulcobiano viderem annotatum. et sane *recentiores* hic locum nullum habent. 12 ἐπαινοῦντα μὲν ἐν οἷς ἐπιτυγχάνει. 19 locus Xenophontis est in L. de administranda re domestica c. 1. §. 15. 45 ante εἰρημένῳ videtur εἰκῆ vel φαύλως deesse. et sane tale aliquid in Vulcobiano fuisse conjicio: nam ex eo affertur lectio varians, quae prorsus eadem est cum vulgata. 47 repetit hoc p. 458. 21.

41. 2 *probant exemplo suo veram illam fuisse Heracliti vocem, cum dixit.* 8 egregia et calculis omnibus digna est lectio codd. T. et V. οἱ μὲν λέγοντες μὴ μισῶσι, οἱ δὲ λόγοι μὴ βλάπτωσι. 11 recurrit haec sententia p. 233, 47. et 801, 17 ubi auctorem sententiae Demosthenem aliquem appellat. 28 Melanthius hic parasitus fuit Alexandri Pheraei tyranni, vid. pag. 50, 28 de Diogenis tragoediis v. Menage ad Diog. Laërt. 6, 73. et Fabric. B. Gr. T. I. p. 675. 31 ἐπιπροσθουμένην aeque suspectum est atque ὑποπροσθομένην, quod in Aldina est. Basil. habet ὑποπροσθουμένην. sententia flagitat ἐπισκοτουμένην, *obscuratam*, idne dedit Plutarchus? an magis poeticum et ridicularium parasitoque dignum, aptum tamen, si quod aliud maxime, ἐπικροσσουμένην. *velut fimbriis dependentibus velatam.* 34 περικλά-σεσι] Salmasius conjecerat πλάσεσι, mallem περικλάσεσι, id de fracta voce tam in cantu, quam in elocutione, mollitiemque et nimium artificium affectante proprium est. 35 rectum est, quod aliqui dant παραφέρουσι, *in transversum agunt*, abripiunt a recto tramite.

42.

42. 2 σοφιστιῶν βοτάνην est dictio ex aliquo Comico aut Tragico deprompta. significat, tam acuto cum judicio gustuque tam subtili et fastidioso deligere herbas et flores, quo solent sophistae vocabula et dictiones deligere. 35 Colias erat promontorium Atticum, de quo v. Pausan. p. 4 fin. et Spanhem. ad Aristoph. *Nub.* v. 52. 49 ἐπὶ ῥητοῖς est *sub certis conditionibus, in quas ambae partes consensissent.* postquam praedixerit orator argumentum, quod sermone tractaturus esset, aut spoponderit, quodcunque argumentum placeret auditoribus proponere, tractaturum.

43. 7 de ἀορίστων dubium nullum est. videram id quoque ante inspectas Xylandri notas et varias lectiones, unde constat unum codicum idem quoque exhibuisse. 9 de Philotimo, celebri medico, Erasistrati aequali, v. Fabric. B. Gr. T. XIII. p. 369. recurrit hic locus p. 73, 12.

44. 11 aut αὐτοῦ leg. cum codd. aliquibus aut αὐτόν. 16 aut τίθενται leg. est cum Vulcobiano cod. aut καὶ del. ante τὸ σεμνόν. 21 f. τὸ ἕτερον κοσμῆσαι, aut τὸ ἕτερον [vel ἑτέρους] ἐπικοσμῆσαι. 24 f. μηδὲ μηδὲν ἐπικρίνων. 34 post τὸ δίκαιον deest infinit. e. gr. δικάζειν aut ἀποφαίνεσθαι. neque enim potest ἀκούειν subaudiri. 44 ἵνα delendum esse praeter Xylandrum Salmasius quoque notavit, et confirmant codd. idem quoque Salmasius τινὲς vs. 45. emendat. re ipsa id flagitante et consentiente cod. Vulcobiano. 47 ἀνδρὸς ἁμῶς γέπως, *utcunque.* 48 f. οὐκ ἂν οὕτως εἴη φαῦλος, ὥστ' οὐδ' ἀναπνοήν. id sane sententia postulat. 50 Locum hunc Plato-

nis valde celebratum antiquis et ab Horatio quoque imitatione expressum passim Noster recitat, sed aliis aliisque modis, v. pag. 56, 29. Libanii ep. 705, 6. Philostrat. p. 768, 18.

45. 21 καθέδρα δ' ἔτι τις ἄτυφος. scil. ἐξαρκεῖ. 25. distinctio major ponenda est post ἀσχολιῶν, minor s. comma post παντὶ, aut potest comma prorsus omitti. *nam in omni re venustum perficitur* — 43 προσάγων. 51 λέγων hic loci accipio pro κελεύων, *jubens suos plausus tollere atque tumultuari;* quod si vero λέγων accipias pro *narrans, exponens*, oportet ἀηδὴς ἐστι reddere *succenset, indignatur.*

46. 13 praefero e Vulcobiano cod. ἀμαθὴς. 45 γεννικῶς, id est γενναίως, *viriliter, generose.* v. Hemsterhus. ad Lucian. Somn. p. 9. 47 non video discrimen inter ἀνωφελὴς et ἀνόητος. igiturne leg. ἀνοήτους?

47. 5 recte habet κατηργμένης, *quum sacra sua in ipso peragere coeperit philosophia.* de v. κατάρχεσθαι v. scriptores antiquitatum sacrarum graecarum. 13 ἀρχαὶ non est in Basil. quare aut αἱ προμαθήσεις leg. est cum codd. quibusdam, aut cum V. et T. leg. αἱ πρῶται μαθήσεις, id quod mihi quoque jam dudum visum fuit, antequam hac edit. uterer. 46 post χαλκαῖς deesse videtur τοὺς ἑτέρους. nam Cleanthes et Xenocrates se quidem ipsos ob ingenii tarditatem, tradita aegre capientis, lagenis angusti oris comparabant, alios vero agilioris et ad capiendas doctrinas explicatioris ingenii juvenes, quibus ipsorum stupiditas derisui erat, patinis aeneis

aeneis planis assimilabant. Lagenae enim aegre admittunt infundenda, sed infusa continent, neque sinunt diffluere; patinae contra facillime suscipiunt juscula, sed facillime quoque effundunt rursus levissimo eversae aut succussae motu. βραχύστομον hic loci idem valet atque στενόστομον.

48. 14 videtur Hieronymum Cardianum, Eumenis civem et familiarem, scriptorem historiae τῶν διαδόχων, Diodoro Siculo laudatae, designare. 29 ἐκτεθέρμακε suspectum. quid enim *excalefactio* ad *rubiginem*, aut ad *caliginem*?

---

## DE DISCRIMINE AMICI ET ADVLATORIS, ET QVA RATIONE, QVIBVSQVE SIGNIS DIGNOSCANTVR.

49. 44 τὸ φίλον leg. esse conjeceram dudum, antequam id a cod. V. confirmatum reperii.

50. 24 quinam sunt et unde dicti αὐτολήκυθοι, num qui persequuntur ampullam olei, unctas dapes? 25 *qui vocem attollunt inter epulas*. κατὰ χειρὸς. Ita leg. qui tunc se faciunt audiri, cum imperatum pueris fuerit, ut aquam manibus infundant, quod et ante et post epulas fiebat. κατὰ χειρὸς ὕδωρ scil. χεέτω τις, vel δότω τις. Confirmat emendationem nostram c. V. 32 ὅτε σίδηρος recte V. 48 συνεμπίπτουσα. 49 locus Herodoti extat III, 78.

51. 15 f. φιλίας συνέχον καὶ τὴν ἀρχὴν συνιστᾶνον. *quoniam similitudo studiorum continet amicitias et omnino parit atque conciliat.* 17 χαίρειν

τε τοῖς αὐτοῖς, καὶ τὸ ταὐτὰ φεύγειν. 35 ἐξαπατᾷ τε καὶ — et sic quoque V. et T. 36 τὰς διαφορὰς. 49 ὥσπερεί τισι.

52. 6 ταὐτὰ ἐπαινεῖ. 13 f. συμμετασχηματιζόμενος. quae aqua hic dicitur ὕδωρ μεταφερόμενον idem significat atque ἐξ ἄλλου σκεύους εἰς ἄλλο αἰρυόμενον. 18 συγκονιόμενος per ο μικρὸν. est enim a v. συγκονίεσθαι. 20 ἕπεται] f. ἕπῃ. 26 hic probo lectionem cod. T. 37 sic distinguo et leg. ἥκε, φερομένους ἀθρόως ἅπαντας, ὥσπερ ἐν Κίρκης μεταμορφωθέντας, αἱμ. ἐν Κίρκης dictum noto Graecismo pro ἐν Κίρκης οἴκῳ vel ἤθεσι *penes Circen*. 42 ψυχρολουτῶν. unico tantum ρ.

53. 1 ἴδιον suspectum. itane dixit pro ἰδιότροπον, *sui moris*, *sui cerebri hominem*, sua ex voluntate judicioque agentem. 22 dudum correxeram συνέχεσθαι, antequam ita quoque correctum a Salmasio viderem. et ita pariter in V. et T. fuit exaratum. 42 ζηλοῦντες. 44 Polybius p. 1437. 3 quem ad locum Noster hic respicit, et p. 499. Σάμον appellat, absque jota, rectius, ni fallor. v. quae in Notitia poetarum anthologicorum p. 267. dixi. Cleomenis quoque historia ex eodem Polybio desumta, qui Lib. V. c. 35 sqq. regis Spartani insanas molitiones easque secutum exitium multis exsequitur. 45 f. βούλεται. 52 ἀμβλυωποῦντες, in Genit. idque recte Ald. et Basil. exhibent.

54. 32 γράφω. 42 nescio, qui fiat, ut in var. lect. pro ἐκεῖνο dicatur in Basil. exstare ἐκεῖνος. atqui ibi exstat ἐκεῖ, recte quidem. pos-

set

ſet etiam ἐν ἐκείνῳ vel ἐκείνȣ legi. 47 aut del. ἢ, aut cum ἧ mutandum.

55. 13 ἀεὶ] f. αἰονεὶ, aut εἰ δεῖ, vel ὅπȣ δεῖ. 17 ἔσθ᾽ ὅπȣ δὲ. *interdum vero.* 20 ἀφραίνεις, φησὶ, Μενέλαε. 22 Menedemus Eretrienſis fuit philoſophus, a quo ſcholae Eretrienſi nomen venit. ejus cum Aſclepiada familiaritatem celebrat Diog. Laërt. II, 126 ſq. ub v. Menag. Vixerunt aequales Antigono Gonnatae. eadem aetate floruerunt Arceſilaus Pitanaeus et Cleanthes, philoſophi. v. Diog. IV, 33. et VII, 168. Batti comoedi nomen etiam Βάτων et Βάττων ſcriptum reperitur. v. Fabric. B. Gr. T. I. p. 749. 29 σώζοντα καὶ φυλάττοντα. 35 τῷ βȣλομένῳ] videtur hic aliquid deeſſe. num τῷ τȣ̃ φίλȣ βȣλ. *voluntati ſui heri* vel *regis*. 35 locus Xenophontis in Ageſilai fine hic eſt: ἐπαινȣ́μενος δ᾽ ἔχαιρεν ὑπὸ τῶν καὶ ψέγειν ἐθελόντων τὰ μὴ ἀρεστά. 39 planior foret oratio, ſi ſic legeretur: τῷ πρὸς χάριν ἀκράτῳ ἄλυπον ἀεὶ καὶ ἀδ. 41 modo Charillum, modo Charilaum appellant, regem Spartanum, illum, cujus adhuc annis minoris tutelam geſſit celeber legislator Lycurgus. regnavit annis LX. v. Simſoni Chronicon A. M. 3132. et 3192.

56. 10 diſtinguo: ἢ σκώψαντες, εὐχερῶς ἐπαινȣ̃σι, *promte laudant.* 13 mallem διὰ abeſſe. 17 περιτιθέντες rectius eſt, a cod. V. ſuggeſtum. 18 Thucydidae locus exſtat III, 82. p. 217. 31 neſcio, cui bono adſit ὅλως. 36 f. συνεθίζων. 42 κρίνων καὶ τυμπάνων ἐγχαράζεις] obſcurus mihi locus hic eſt. Cutine inurebat

bat Ptolemaeus Auletes imagines liliorum et tympanorum? quaere in auctoribus, quos Fabricius in not. ad Dion. Cassium p. 196. citavit. Posset quoque Ptolemaeum Philopatorem significare, cujus infames cum Agathoclea amores descripsit Polybius. v. infra p. 753, 35. 46 αὐτῇ. *potentiae et fortunae splendidae, quae semetipsa non parce, sed liberaliter utitur.*

57. 2 Bias et Struthias videntur personae comicae esse ex aliqua Menandri fabula depromtae. 5 satius est locum hunc mihi obscurum esse me fateri, quam conjecturas inutiles tentare. 6 dubito, annon praestet αὐτοῖς *sibimet ipsis attendentes.* 17 praestat ἀρνουμένου, *eo negante.* 18 τοῦ ἀνθρώπου. nam in ἐμβέβληκεν subauditur ἑαυτόν. 33 διασύραι (in optativo) legas, ut editum est, an διασύρει, perinde est. Sed κολακεία absque jota subscripto in Nominat. casu exarari necesse est. 38 καταβάλλωσιν.

58. 9 f. ἀποδεχόμενος. 31 ὑφιεμένων recte dat edit. Basil. 32 Megabyzi nomen hic non est proprium viri, sed dignitatis. id enim gerebant summi sacerdotes Dianae Ephesiae. v. Hemsterhus. ad Luciani *Timon.* p. 134. 135. Apellem quoque, origine Coum hominem, Ephesi vixisse et Ephesium appellari a scriptoribus, quod ab urbe illa civitate donatus esset, patet ex iis, quae Harduinus ad Plinii 35. 36. 10. attulit. insignis est ejusdem Plinii §. 16. locus: *Pinxit et Megabyzi sacerdotis Dianae Ephesiae pompam.* De Apelle sermo ipsi est. Narratio de Solone petita est ab Herodoto I, 30. 49 dubium non est de Alexan-

Alexandro M. Philippi filio, Plutarchum hic locutum esse. atqui rationes temporum non congruunt. Crisso enim vel Criso, (alii gemino, alii simplici sibilo scribunt) homo Himeraeus Olympiadas tres continuas vicit 83. 84. et 85. Atqui Alexander M. Olympiade 106. demum natus est.

59. 1 f. ἐκ εὐήθη τοίνυν τὰ τῦ Βίωνος, εἰ τὸν ἀγρὸν, ὃν ἔμελλεν — 6 post πάμφορος videtur excidisse: τὸ δὲ πᾶν τὐναντίον ἔχει. 36 ἐν τοῖς πρὸς ἑτέρυς] posset πράγμασι subaudiri. mallem tamen συναλλάγμασι excidisse affirmare.

60. 4 μιαρὸν] Salmasius vult μικρὸν, *sordidum, triparcum.* 11 f. λυπῦντα μέρη. 8 τελῦντος] Salmasii αὐλῦντος non probo. 36 ἀνελευθερώτατον ὄντα καὶ. 47 ἐπαινεῖν.

61. 40 μυελὺς ὅσοις προστίθησιν. 43 ἀλλ' ἢ ἡδονήν.. de voce τιθασσεύων dubitavi aliquando et conjeci τιθηνεύων, *nutriens.* si bene habet vulgata, significabit idem atque θεραπεύων. 46 aut ἄσπειστον, *irreconciliabile,* aut ἄπιστον, *diffidens.*

62. 12 ὀφείλοντα, quod conjeceram, a codd. confirmatum video. 16 obscura mihi dictio τὰς τύτων ἐκβάσεις, et suspecta. in codd. est ἐμβάσεις, quod aeque obscurum. 39 praefero θερμότερον codicum.

63. 15 f. συνέλκειν. verbum in hac re significanda proprium est συσπᾶν. 23 συναποφαινόμενον. 25 εὐφωροτάτην, et sic quoque Basil. edit. aut εὐφώρατον ut in cod. est nescio quo. 32 Apelles Chius est celeber ille pictor, sed pro Apelle

Apelle Diogenes Laërt. IV, 37. hanc ipsam rem narrans Ctesibium appellat; quam auctorum in nomine edendo discrepantiam Laërtii jam notarunt interpretes. 39 κλέμμα est omnis actio furtiva, quae alteri latet, dum peragitur, non solum auferentis, sed etiam dantis aliquid, solertia oculos effugiens. 41 εἰσαγγελίας absque ἀπὸ.

64. 10 ὃ δὴ] ὃ hic loci valet idem atque δι' ὃ, *quapropter*, ὅθεν. 30 signum interrogationis delendum. πόθεν γε δὴ *multo minus*. 31 haec est illa pugna in Peloponneso commissa anno 3 Olymp. 112. qua Agis rex Spartanus cecidit, et de qua Diodorus sub fin. partis I. L. 17. §. 62. et 63. exposuit. 34 aut delend. καὶ τοιοῦτος, aut leg. καὶ γὰρ ὁ τοιοῦτος, ἂν μὲν — 49 τὰ ὑπὸ μάλης, proprie sunt furta, res furtim surreptae, deinde translate hic loci sunt scelera omnia turpia et occultanda, omnes ὑπουργίαι κρύφιοι.

65. 14 f. οἰχνέυων, *incedens*. Hesych. οἴχνεσκον. ἐπορεύοντο. 25 f. διαβολὰς, κρυφίους τε λόγους κνίσοντας ἕλκος. 39 f. post οἴεσθαι deest λέγειν vel ποιεῖν. 48 veneram ipse quoque pridem in eam conjecturam, quam postea a cod. V, et T, confirmatam vidi καὶ τὸ Γνῶθι σαυτὸν ὡς ἑκάστῳ τοῦ παντὸς, *obsecundantes deo, et artem semetipsum perspiciendi unicuique potioris, quam alia omnia, faciendam esse discentes.*

66 2 φωράσομεν. 29 recte Ald. et Basil. αἰσχίστη. 33 ἀπελευθέρων ἐν κωμωδίᾳ τὴν κατηγορίαν, *convitia*. 39 τοῦτο] scil. τὸ περὶ τοῦ μέτρου τῆς παῤῥησίας διαλέγεσθαι.

67. 3 αἰτιάασθαι. si modo Plutarchus voluit metrum admetiri. 17 ἐπιτείνων] imo vero contrarium flagitat sententia: ἐπικρύπτων aut ἐπιλεαίνων. nam quo magis intenditur acerbitas reprehensionis, eo magis odiosa est. 36 Aeschinem a Platone contemtum fuisse Diogenes refert p. 116, 19. quem auctorum dissensum Casaubonus ibi et Aldobrandinus notarunt. 50 πάνυ] f. πάντα.

68. 1 Hieronem significat seniorem, Gelonis fratrem. v. p. 175. Menage ad Diog. Laërt. 8, 78 Fabric. B. Gr. T. I. p. 677. 11 de Timagene Alexandrino v. Fabric. B. Gr. T. II. p. 230. et auctores ibi citatos. Caesar a Plutarcho designatus est D. Augustus Octavianus. 16 f. προφερόμενος, *pro se allegans caussam amicitiae*, dicens fiducia amicitiae ejusque caussa ea disputare, *tanquam ea medium inveniendarum criminationum et convitiorum esset.* 17 πολιτικά] num λυπητικά, *dolorem creantia.* 21 βδελυρίας. 31 Λυαίω. Lyaeus est Bacchus. deinde καὶ post σχοινίον est delend. 49 μετὰ τῦ ἐντυχεῖν, ut etiam recte cod. V.

69. 4 ἐποίει] mallem ποιῆσαι. Locus Xenophontis est sub finem L. II. expeditionis Cyri p. 169. *ult.* edit. Hutchinsoni minoris. Sed aliter ibi legitur. 12 ἀγυμνασίαν, *neglectum exercitiorum corporis.* 23 v. Diod. Sic. II. 439. 98. contigit an. 2 Olympiadis 118. Crates erat philosophus Thebanus, vid. Diog. Laërt 6, 90. et ibi Menage. 37 occurrit haec sententia aliquoties

ties in Philippicis et pro Corona. 48 τὸ τέλος. 51 τοιαῦτα τὰ Κύρε.

70. 1 Speusippus scholam platonicam regendam suscepit ann. 1. Olymp. 108. auctore Diog. Laërt. IV. 1. Dio autem Syracusas liberavit an. 4. Olymp. 105. et quarto anno post, Olymp. 106. exeunte, peremtus fuit. necesse igitur est eam adhortationem ad Dionem scriptam fuisse a Speusippo adhuc vivo Platone. 5 in vita Paulli Aemilii, ubi hanc ipsam rem narrat, non Eulaeus, sed Eudaeus audit hic homo. Eulaeum tamen etiam appellat Polybius p. 1259. 13 φίλων. 16 Demaratus non Spartanus, sed Corinthius est, de quo hanc ipsam rem narrat Plutarchus in vita Alexandri. 25 μαχόμενος. 37 f. προφέρειν leg. est loco προσειπεῖν, *objectare, exprobrare.* nisi vulgatam accipias de cognominibus probrosis in absentem jactatis.

71. 15 ὑπερείπει, *sternit* vel *suffodit.* et id quoque in V. L. reperio. eadem conjectura quoque Wassio in mentem venerat ab eo proposita ad Thucyd. I. 70. 23 aut Κλεῖτον leg. in Acc. aut παρώξυνε. 25 Ptolemaeum Epiphanem significat, in cujus tutoribus fuit Aristomenes, de quo v. Polybii Excerpta L. XVII. p. 1057. 32 τοῦ Κλέωνος. 35 f. ἀλλ' ἐντυγχάνειν ἰδίᾳ τοῖς ὀνησιφόρως. 37 Locus Thucydidae est I. 70. *initio.* 48 ἁπτομένῳ.

72. ἐπανορθοῦν. 11 post περὶ αὐτὸν expectares in eodem casu ἐπιχειρήσαντα et μεταγνόντα, sed non opus est. subauditur enim ἑαυτοῦ. 31 f. κολαστικὸν, *ad reprehendendum pronam*

*volun-*

*voluntatem.* 38 τὸ ἕτερον. 42 nescio quos Scyrios designet, Euripidae, an Sophoclis. Fabricius T. I. B. Gr. p. 659. Σκυρίας (in genere faemin.) perhibet Euripidam scripsisse, et tamen in auctoribus eam fabulam laudantibus Plutarchi quoque hunc locum laudat. Quo inductus argumento ita censuit? ergone ἐν ταῖς Σκυρίαις legit? idem p. 630. Sophocli tribuit Σκυρίας aut Σκυρίους. 43 laudo quod in V. L. affertur καταοβεννὺς loco vocab. minus ad lucem apti καταισχύνων. respicitur ad Achillem lanificium in puellis Scyriis tractantem. v. p. 34, 30.

73. 1 exstat Thucydidae locus III, 64. p. 138, 53. 9 ante τῇ παῤῥησίᾳ subaudi et supple tacite οὕτω καὶ αὐτός. 10 f. τὸ συνεχὲς τοῦ φιλαιτίου. v. tamen p. 74, 22. 11 Cogitabam aliquando καὶ πάντα συκοφαντοῦντος, sed incidit postea παρὰ in hac compositione posse *tantum non* significare, ut saepe significat. παραληρεῖν, *paene desipere.* sic quoque παρασυκοφαντεῖν, *paene sycophantam agere.* 16 sic distingue: ἐγκαλοῦντας. Τί παιδιαῖς — *saepe oportunitas se praebet levium rerum caussa objurgantem his verbis comprimendi: Quid nos ludicra moramur?* 47 V. loco vocum ὡς ὁ Ἕκτωρ, quae commode abesse possunt, habet προσβάλλεσθαι et μετριωτέραν pro μετριώτερον, quod ad eruendam veram Plutarchi mentem atque scripturam manu velut me duxit. leg. enim καὶ τοῖς χείρονος αἰτίας ἀφισαμένοις αὐτὸν ἐνδιδόναι μετριωτέραν προβάλλεσθαι, *turpiore crimine vel accusatione purgatis, vel turpiorem accusationem a sese amo-*

K *lienti-*

*lientibus et pernegantibus grande flagitium, subjicere ipsum temet caussationem* vel *praetextum et* excusationem *commodiorem et honestiorem, quam pro se allegent.* malui ἀφιςαμένοις, quam ἀφιςαμένϛ, non, quod ferri hoc nullo modo queat, sed quod illud planius et mollius sit. 53 καὶ ἠσχημόνησας, τὸ, ὐκ ἐπέςησας, καὶ τὸ, ἠγνόησας. *virum gravem enim magis decet alterius peccatum socordiae cuidam, aut ignorantiae tribuere, quam animo ad iniquitates et turpitudines exercendas prono. ult.* f. τὴν γυναῖκα τήν σε διαφθείρϛσαν.

74. 2 τὸν ἐναντίον scil. τρόπον. 1 post φερομένην deest aliquis infinit. e. gr. ἀντερείδειν, aut ἀνακρϛειν, aut ἐμποδίζειν vel similis. 9 versus Sophoclis non ab ἀλλὰ, sed ab ἤδη incipit. Ἤδη τὰ Τροίας εἰσορῶν ἐδώλια Δέδοικας. 21 καὶ τῷ πρὸς τὰ πάθη. 37 προσβαλόντες recte dat V.

---

## DE CVIVSQVE SENSV PROFECTVVM A SE IN VIRTVTE FACTORVM.

Totus hic libellus Stoicos oppugnat, qui proprogressum ad virtutem negabant gradusque virtutis tollebant, sed saltu credebant e corruptissimis optimos fieri, a summa pravitate ad summam probitatem repente transiri. v. p. 1058, 9. 1062. tota, et alibi. it. Casaub. ad Diog. Laërt. 2, 93.

75.

75. 14 f. *προκόπτουσιν οἱ προκόπτοντες, ἐὰν ἀνέσει, sed ut proficientes in his non proficiunt, si non sentiant suae conditionis mutationem factam, remissione ponderis in adversam partem sublati.* 20 rectum est *ἀκαρεῖ*, idque idem est atque *ἐν ἀκαρεῖ, in temporis minimo momento.* 23 *κακίας, ἅμα πᾶσαν.* 42 Comma retro agendum pone *β.ίον*.

76. 3 *τοὺς δὲ οὐ πάντων.* 11 *τὰ μέγιστα* videri posset sic positum adverbialiter, ut *τὰ μάλιστα*. mallem tamen *εἰς* vel *πρὸς τὰ μέγιστα*. 18 *ὧν σκόπει τὸν πρῶτον* — *quarum* [considerationum puta] *statim primam mihi, quaeso, pensita.* alloquitur Sosium Senecionem, cui libellum misit. — Familiaris Plutarcho haec est dictio *σκόπει*. conf. p. 83, 40. et 124, 33. 343, 28. 351, 6. 395, 49. 424, 30. 493, 36. 504, 27. 534, 36. 550, 30. 551, 45. 552, 42. 560, 26. 582, 12. 611, 8. 636, 30. 637, 33. 638, 46. 639, 11. 646, 25. 685, 17. omitto longe plures alios locos, facili negotio coacervandos, ne putide diligens fiam. 21 *ὡς*] l. *ὅσον*. versu superiore *ῥύμην* an praeferam vulgato *ῥώμην* adhuc dubito. quum porro *γεγονόσιν* manifesto vitiosum sit, et codd. plerique dent *γεγονὼς*, credo leg. ejus loco esse aut *ὁμαλῶς*, aut *γεγονότι*. 25 quum in codd. sit *ἐπιλαμβανόμενον*, ex eo colligo, Plutarchum dedisse *τοῦ πρόσθεν ἐπιλαμβανόμενον*. 26 comma retrahendum pone *ἀπταίστως*, et demendum post *λόγου*. 37 *παυσαμένους*. 42 hujus oraculi vestigia nulla reperio. fortassis datum fuit in bello Cirrhaeo, de quo vid.

 Simson

Simson ad A. M. 3412. et 3418. 43 mallem *πολεμεῖν*, ut etiam V. exhibet, aut *πολεμῆσαι*, nisi velimus Plutarchum materialiter, ut ajunt, ipsa oraculi verba, ut edita fuerunt, referre. deinde leg. *συνίδῃς*, *deprehendas*. *ult.* *ἀπ' ἀρχῆς*, duobus vocabulis, ut etiam cod. T. et interpres.

77. 1 *ἐπιδίδωσιν*. 3 f. *ἄνω φέρεσθαι δι' ἀσθένειαν*. 10 *διαφερομένῳ* hic loci est *perrumpenti*, perfringenti obstacula. lego porro *δι' ἀφέλειαν simpliciter*, ex ingenii simplicitate, absque dolo malo. 20 *θεῷ*] loco hujus vocab. sententia postulat *θεάσῃ*, *videbis eum ardentem*, desiderio scil. philosophiae. Posset de imperativo *θεῶ spectα* cogitari. sed ille minus huic loco convenit. 21 loco *μνήμη* est in Basil. *λήθη*, quod unde habuerit editor, nescio, mirorque in var. lect. praeteritum fuisse. num igitur ex eo effici debet *λήθεται δὲ φίλων, καὶ ὥσπερ ἄλογος* — *oblivifcitur amicorum et tanquam amens* — verum *λήθεσθαι* est v. poëticum, cujus vix usus est in prosa. 26 post *τοῦ* excidit aliquid, e. gr. *τοῦ προκειμένου* vel *ποθουμένου*, et deinde leg. *τοὺς προκόπτοντας ἀληθῶς*. 40 Q. Sextium Stoicum philosophum significat, de quo v. Fabricii Catalog. Stoicor. T. II. B. Gr. p. 411.

78. 9 *ἐπιγίνεται*. 10 praefero codicum *συμβουλαί*. nam duriusculum est *σπουδαὶ μετὰ σπουδῆς*, quamvis aliqualiter molliri interpretando queat. 41. *ἀντιτιθεὶς* et *φθόνους*. ipse quoque correxeram antequam utrumque in V. et T. reperirem, et Xylander quoque dudum viderat.

79. 3 ex h. l. procul dubio lepidam suam fabellam de sermone nautarum Anglicorum in borea-

boreali quadam insula congelato et deinde sub adventum veris resoluto, quam olim in *Gardiano* aut *Tattler* legi, desumsit quisquis ejus fuit auctor, sive Swift, sive Addison. 12 κατασκευὴ hic loci accipi debet sensu rhetorico, pro *elaboratione* vel *compositione*. αὐτȣ̃ redit non ad Aeschylum, sed ad Sophoclem. πικρὸν si bene habet, significat *exasciatum*, ad unguem factum, magna cum cura perfectum et expolitum. Sed forsitan rectius fuerit τὸ πανηγυρικὸν legere. id sane suadent sequentia. Sententia haec est: Sophocles senex ajebat, se tum temporis jam tertio scribendi genere uti. primum genus scribendarum tragoediarum Aeschylo placuisse, quod tumidis et sesquipedalibus verbis auditores suspendit atque percellit: secundum genus olim ipsimet sibi, Sophocli, juveni adhuc arrisisse, subtile, argutum, artis plenum, floridum et festivum; at tertium jam tandem se praeferre, moratum et viris gravibus dignum. 19 μόνον aut redundat, et deleri debet, aut accipiendum est pro μόνοις. 21 σάρκινον nove dictum est et Latinismum sapit. Graeci veteres dicebant γόνιμον. Latini *torosum* dicunt pro vero, solido, utili, respicientes ad τὸ χαῦνον, molle, fungosum, speciosum, imaginarium, solummodo delectare aptum natum. 41 πληγέντος τȣ̃ ἑτέρȣ, ut etiam codex aliquis, vel θατέρȣ. 45 ȣ̓δὲν ἐϛιν ȣ̃τω μικρὸν. locus Thucydidae est in fine Cap. 18. Lib. I.

80. 2 σκοπȣ̃ντας, ὅ, τι λαβόντες — 11 recte abest δὴ a quibusdam codicum.

 33 ἐξέ-

33 ἐξέπιπτεν] *sibilis ejectus fuit.* pen. προτιθεὶς.

81. 4 νύκτωρ] majorne noctu sitis quam interdiu? vix puto. sententia videtur ὕδατος παρόντος flagitare. *sitientem non bibere, quamvis aqua praesto sit.* 7 μὴ καταφρονῶν] subaudi ἑαυτῦ. 9 possit ex addito τρεφόμενον colligi, leg. esse τρεφόμενον aut τερεύμενον, recte tamen habere vulgatam suadet p. 79, 10. 13 ἐπὶ γῆν. 19 φλοιῶδες] Salmasius adscripserat: *ex cortice pingui.* Pers. 29 f. φθάσειεν ἂν εὐφρ[illegible]ς νέος εἰπεῖν aut alias delend. erit ὥς' εἰπεῖν, aut latet in eo nomen herois, cui dictum hoc tribuit Homerus. 36 ὄψιν] l. ὄψει, *videbis.* nam ἀθόρυβον cum ὄμμα cohaeret: *videbis oculum quietum et mansuetum.* 38 ἐν] l. μέν. 47 τῷ] l. τὸ Μενεδήμῳ. 52 αὐτόθι] l. αὐτοί.

82. 12 κηλῖδα. 14 ἀτυφία κενή, καὶ, νὴ Δία, σκώπτων. 16 ἐγχρίμματα. *eae res, quibus possis* ἐγχρίμπτεσθαι. ea velut loca famae tuae, in quae inimici tui ungues acutos infigere eaque lacerare queant. ἔγχρεμμα vocabulum nullum est. ἔκχρεμμα posset *pituitam* significare, quae excreatu ejicitur, sed id ab hoc loco prorsus alienum est. 30 εἰς τὸ καπήλειον] num εἰς τὸ κατάγειον *in cellam* lupanaris, aut εἰς τὸ μαγειρεῖον vel ὀπτανεῖον, *in culinam*, aut εἰς τὴν κατήλιπα, *ad scalas.*

83. 4 περὶ] l. πρὸς. 15 ambigo, servemne vulgatam, an ἐμποιῶν legam, ut ad ἄλογον redeat. 16 aut ὑπήκοα leg. aut εἰς ὑπήκοον. 31 Stilpo enim Megarensis erat, v. Diog. Laërt. 2, 115.

34 λέ-

34 λέγομεν. 36 ante ἐνυπνίων videtur ἐπὶ vel ἀπὸ vel ὑπὲρ deesse. 39 f. ἐνελίττεται. 44 ἡ προκοπή. 50 καὶ εἰ ζηλοῦμεν [subaudi μᾶλλον, quod addunt tres codd.] ἢ φθονοῦμεν, καὶ εἰ φιλοδοξοῦμεν, ἢ φιλοχρημ. *penult.* καὶ καταφρονηταὶ παρ' ὃ δεῖ — ἢ θαυμασταί. *soleamusne nunc magis praeter meritum dicta hominesque contemnere, an admirari.*

412. 1 Amphiarai oraculum erat apud Thebas. legend. existimo τὸ τῦ Ἀμφιάρεω. ὧν ἀπεπειράθημεν [aut ἀπεπειράθη ὁ Μαρδόνιος] ἀμφοτέρων. 2 ὡς delend. deinde patet ex Herodoti 8, 135. legend. esse: ὁ μὲν ἐν τῷ παρὰ Πτώῳ Ἀπόλλωνι μαντείῳ προφήτης φωνῇ Καρίῃ χρώμενος τὸν πρὸς τοὺς ἀπὸ τῶν βαρβάρων [scil. πεμφθέντας χρησμόν.] Xylandri conjectura, de oraculo Lebadico sermonem hic esse, locum ideo nequit habere, quia in antro Trophonii, quod apud Lebadiam erat, oracula non verbis prolatis, sed immissis insomniis reddebantur. 4 f. μηδένα ξυνεῖναι ἀκούντων τῶν παρόντων ἐκείνῳ. *adeo ut nemo unus e tota corona eum intelligeret*, aut μηδένα ξυνεῖναι ἀκούντων τῶν παρόντων, ὧν ἔλεγεν ἐκεῖνος. 5 dictio non admodum elegans neque tersa, ἐνθυσιασμῷ τι τοῖς βαρβάροις οὐκ ἔστι, pro τοῖς βαρβάροις ἐνθυσιασμῷ οὐδὲν μέτεστι. *partem nullam barbaris esse divinae mentis.* deinde lego οὐδὲ δέδοται. 19 f. μὴ παριέντος. *deo eum intrare non sinente.* 12 f. οὐ βασιλεὺς, ἀλλ' ἐπίτροπος βασιλέως προστετημένου τῶν Ἑλλήνων. 15 Τεγυρέας] vid. Stephan. Byzant. h. v. apud quem οἱ καὶ μάλιστα φασὶ μεμαρτυρηκέναι, leg. est, *quod commendasse* — 16 τὸν θεὸν] scil. Apollinem. 18 ὡς delend. 20 de Deliis ex insula sua per vim Atheniensium ejectis, v. Thucydid. initio L. V. 26 ἀπιόντας, *abeuntes* recte dat Ald. et Basil. 31 nam altero anno, postquam ab Atheniensibus expulsi fuissent Delii, reducti sunt ab iisdem.

413. 4 εἰς recte abest a cod. Petav. et edit. Basil. puto quoque θαυμαστὸν γὰρ ἐδέν ἐστι auctorem dedisse, ob sequens vs. 8. τἐναντίον. 5 versus Hesiodi est *Operum* 200. 9. v. p. 557. 37 comma post ὀλίγον promovendum. 50 f. τȣ̃ δὲ βελτίστȣ καὶ ἱκανȣ̃ ὄντος — *quum optima rerum illa sit, quae sit sufficiens et nusquam redundet; sed ubique tantum praestet, quantum satis sit.* 52 f. μάλιστα τοῖς θεοῖς πρέπον οἶμαι ποιεῖν ἔργον εἰ ταύτην. *existimem eum rem facturum diis maxime decoram, qui hoc orsus a principio ajat* —

414. 2 v. Herodot. 9, 28. p. 521. 5 f. καὶ τȣ́τῳ οἶδα ἀκριβῶς, ὡς ἂν τῳ παρέσχοι πρόφασιν τῆς ἐυρεσιλογίας. *eaque in re* [i. e. id si fecisset deus, si multa reliquisset oracula] *certo scio, eum alicui praestiturum fuisse caussam comminiscendi aliquas in deum accusationes, vel reprehensiones.* 6 τίνος γὰρ ἦν ἀγαθὸν] insolens dictio, pro τίνι, vel πρὸς τί γὰρ ἦν ἀγαθόν. *cui enim homini proderat, aut cui rei? cui bono erat* relinquere apud Tegyras oraculum. 7 περὶ τὸν Πτῶον scil. Apollinem, v. Herodot. 8, 135. μαντεῖον περὶ τινα idem est atque μαντεῖόν τινος. 9 f. χρόνῳ τε πρεσβύτατον ὄν, καὶ δόξῃ κλ. 15 f. καθημένοις, quamvis καθιεμένοις possit pro καταβαίνȣσιν accipi, scil. εἰς τὸ ἄδυτον vel ἄντρον. 37 f. σκοτώσεις ὑπ᾽ αἰτίας ἑτέρας. 43 f. ὥσπερ εἰς τὰς ἐγγαστριμύθȣς, Εὐρυκλέας πάλαι, νυνὶ δὲ Πύθωνας. 46 f. ὀργάνοις, οἷς ἑαυτὸν καταμιγνὺς ἐ φ. *per quae instrumenta se immiscens in eos humanas non parcat suae majestati.*

47 τη-

418. 2 forte significavit Philippum Prusiensem, philosophum Stoicum, cujus meminit Symposiac. 7, 7. deinde conjecit Turnebus παρῆν γὰρ ὁ συγγραφεὺς, quod ex ejus interpretatione primum didici, deinde inveni in var. lect. T. et V. codd. idem quoque Xylandro visum fuit. 3 θεοῖς] f. ἱεροῖς. 9 f. Δολοπίας. quo ducit, quod in v. l. reperio Δολονίας. 10 si scirem Æoladarum gentem Delphis fuisse, rescriberem ἔφοδος, ἐν ᾗ Αἰολάδαι τὸν ἀμφιθαλῆ κ. sed nihil alibi de sacra hac ceraemonia invenio: quare satius est ab hoc loco misere corrupto abstinere. 20 ἐπεξιόντας. redit enim ad ἃς. vidit quoque Xylander.

419. 7 ἢ delend. ut natum ex proximo ν. H et N in codd. mss. tam similiter exarantur, ut saepe discerni nequeant. abest quoque ab Eusebii cod. 9 Æmilianum forsitan illum significat, cujus meminit Seneca controvers. 24. sed inspiciendus Seneca, qui nunc ad manum non est. 18 f. ὥστε πάντας θαυμάζειν. 25 comma ante ἔτος revocandum. — *sed omittere, Thamuntem ita agere decrevisse.* 29 στεναγμὸν ἅμα θαυμασμῷ] succurrit memoriae similis historia auditae in nubibus vocis aliquot millium hominum; et strepitus, modo cachinnis, modo fletu, modo interrogationibus, tum responsionibus, suspiriis, admirationis exclamationibus sese invicem excipientibus, ut clare distingui voces senum et juvenum, virorum et mulierum, jubilantium et velut vincentium atque persequentium, et rursus ejulantium et velut victorum atque fugientium

tium. Legi eam hiſtoriam in T. VII. Magazini Lipſienſis. 40 Demetrii de inſulis maris ſeptentrionalis, in quas veteres Germani et populi boreales credebant defunctorum animas commigrare, confirmant traditiones vetuſtae de earundem gentium opinionibus ſuper ſtatu defunctorum collectae ab Holbergio in notitia ſtatus Daniae, et a Schutzio in L. de veterum Germanorum ſcitis de ſtatu animae poſt mortem. 49 φᾶναι a φαίνω, in Aor. 1. in uſu non eſt, ne cum φᾶναι, quod eſt a φημί, confundatur. leg. ergo φῆναι. *penult.* f. ὡς νῦν εἰς πνεύματα, aut, ſi lectio codd. T. et V. alicujus momenti eſt, ea ſic erit emendanda, ut legatur ὡς νυνὶ, πνεύματα καὶ ζάλας συστρέφουσι. *concient*, velut ventus nubes compellit in unum locum, συστρέφει, *contorquet.*

420. 6 κωλύειν, et ſic quoque Xylander. 8 τοσούτων. 11 f. χρῆσθαι κατὰ θεῶν καὶ κατὰ τῆς προνοίας. 15 f. ἐν φιλοσοφίᾳ, τοὺς τὰ εἴδωλα γελαστέον — ἕλκοντας. pendet enim hoc ἕλκοντας a τοὺς, quod modo ante τὰ addidimus. *ſi fas eſt in philoſophia ridere*, quae ſeria et gravis eſt, *eos oportet ridere, qui umbras in phyſiologiam*, ſeu diſputationes de naturae viribus et cauſſis rerum, *trahunt.* 16 ποῖ] leg. τοῖς. οἱ μένοντες iidem ſunt, qui aliis οἱ παραμένοντες, *manentes in vita, vivi, in vivis ſuperſtites* appellantur. 17 μετ' ἀπλέτους. 19 ἕλκοντας leg. eſſe modo monui. et ſic quoque exſtat in cod. Petav. demonſtrat quoque ſequens δυσκολαίνοντας v. 22. ita enim recte dat Baſil.

26 πολλὰ] recte mihi videtur Turnebus ὀλίγα substituere. id enim sententia flagitat. vidit quoque Xylander, et confirmatur a cod. T. et V. sed optarem equidem sententiam ipsam Theophrasti fuisse a Plutarcho in medium allatam, ut melius hac de re constaret. 31 f. καὶ πολὺ τὸ περιπτωτικόν. miror Xylandrum hic loci de obscuritate queri, quum omnia sint liquida, et ipse recte perspicueque sententiam latine reddiderit. 35 Epicurus anno aetatis 73. excessit. Gorgias centesimum superavit. Metrodorus, Epicuri discipulus, ante magistrum obiit. de Alexidis comici aetate, praeter hunc nostri locum, aliud nihil invenio vetustis scriptoribus traditum. 36 recte Turnebus et Xylander emendant ἀσθενεῖς λέγομεν, οὐ πρὸς — et paullo post ζώων, pro θείων. addo μὲν post primum πολλὰ vs. 36. ult. πολλὴ γέγονε, et sic quoque cod. Turnebi.

421. 2 in ἐπιτυχὼν vitium est, non in antecedentibus. num ἐπιψήχων, an ἐπιξύων, attritu aut lima probet. 3 οὐκ ὀκνῶ] notant Xylander et var. lect. in cod. Ald. et Basil. esse οὐχ ὁρῶ, unde mallem effici οὐ χεῖρον, non malum est donare vobis narrationem de homine barbaro. 6 f. τἆλλα δὲ συνόντα νύμφαις καὶ νομάσι δαίμοσιν, ὡς ἔφασκε. μόλις δὲ [vel οὖν] ἐξανευρών. 18 probo cum Xylandro lectionem Eusebii πλεῖστον δὲ Δελφ. deinde lego καὶ τῶν λεγομένων — et nihil eorum, quae de Libero hic dicuntur facta et ipso opere imitationeque repraesentantur, non audiverat. 22 ταῦτα δὴ τὰ περὶ τὸν Πύθωνα: sequentia vehementer corrupta boni cod. exspectant

ctant auxilium. forsitan ita reliquit auctor: τῷ δ' ἀποκτείναντι [scil. serpentem Pythonem] μήτ' ἐννέα ἐτῶν γενέσθαι φυγὴν, μήτ' εἰς τὰ Τέμπη παραγενέσθαι μετὰ τὴν φυγὴν αὐτὸν, ἀλλὰ — αὐτοῦ τοῦ καθ' ἡμᾶς ἐκπεσόντα κόσμου. *illum, qui Pythonem occiderit, neque Delphis abfuisse novennium, neque post susceptum exsilium ad Tempe abiisse, sed* [forsitan *ad Tartara penetrasse*, εἰς τὸν Τάρταρον ἀφικέσθαι,] *prorsus extra nostri orbis vias ablatum.* 25 καὶ ἐλθόντα] l. κατελθόντα, uno verbo. *reversum, velut in patriam.* 27 ἔχειν scil. ἔφη. deinde sic distinguo et lego. Τιτανικά. δαιμόνων γὰρ μάχας. 29 δικαιωθέντων — ob sequens μεταστάντων, vs. 31: fuit, quum servato δικαιώσεις adderem, vs. 31. ἐκλελοίπασι post παντάπασι. et ei quoque conjecturae pondus addunt T. et V. praefero tamen quod antea scripsi, δικαιωθέντων puta. 33 ἐν τοῖς μάλιστα πάλαι ποτὲ τιμῆσαι τὸν Κρόνον. 36 f. ἐκεῖνον μὲν ἀμελῆσαι, τοὺς δὲ περὶ τὸν Ἄρσαλον τιμᾶν, σκληροὺς θεοὺς προσαγορεύοντας. 38 ἐπὶ τούτων, *coram illis* testibus, in eorum templo et ante illorum aram. redit enim ad τοὺς περὶ τὸν Ἄρσαλον. neque solus Arsalus intelligitur. v. Reines. Var. Lect. I, 5. p. 15. 45 ὧν aut delend. aut cum αὐτῶν mutandum est. 49 μὴ] leg. πῇ aut ὅπη et προσήκει. *qua ratione Platoni haec conveniant.*

422. 5 ἐπὶ delend. 7 Turneb. et Vulc. codd. dant ἢ Πλάτων, ἢ ὅθεν συγγενοῦς. quam emendationem Xylander in notis sibi quoque vindicat. sed in versione verba ὅθεν συγγενοῦς τῷ ἀν-

δρῖ τέτῳ, *ex quo cum hoc viro familiaritatem contraxisti*, prorsus praeteriit. mihi non placet ὅθεν pro ἐξ ὃ καιρῦ, *quo ex tempore*. deinde plane inutilia sunt ea verba et inefficacia, et redundant, iisque demtis nihil de perspicuitate et vi orationis decedit. 9 τῷ] l. τῶν. cohaeret enim cum ἀκροατὴς. 12 συντεταγμένες εἰς σχῆμα τριγωνοειδὲς, ὃ πλευρὰν — 24 ἢ] l. μὴ. 31 ἤ τις θηητὴρ, ut est ap. Homerum Odyss. Φ. v. 397. probante Xylandro. respexit ad h. Homeri locum Hesychius reddens θηητὴς ἀπατεὼν. significat enim hic loci vocab. *praestigiatorem, impostorem*. 36 Petronis nomen Graecum non puto. quare malim Ἱέρωνος. 37 de Hippy Rhegino, qui Darii et Xerxis aetate floruisse perhibetur, v. Fabricii B. Gr. T. I. p. 354. et 819. 38 Ἐρέσιος. ex Ereso vel Eresso, patria Theophrasti, oriundus. de Phania Eresio, Aristotelis discipulo, v. Fabric. l. c. T. II. p. 225. et 308. 45 κατέβαλλε a Xylandro improbatum bene habet. *projecit*, in medio posuit, et dereliquit absque cura, velut infantem expositum. καταβάλλειν dicunt Graeci etiam pro *in literas referre*, ut monui ad Anthologiam Constantini Cephalae p. 88.

423. 7 τε] l. γε. 17 δοκεῖ γὰρ —] *itane vero placet* —? est interrogatio. 24 f. καὶ γὰρ ὅσιόν ἐστιν εἶναι οἴεσθαι [vel ὑπολαμβάνειν] μαντικήν. 26 τὸ μικρότατον *rarissime* τὴν τύχην. alii tamen mallent dicere τὰ ὀλίγιστα, vel σπανιώτατα. 27 λαμβάνειν πρὸς γένεσιν. etiam Basil. et cod. Turneb. dant λαμβάνειν. 31 ἤκιστα δὲ τῆς περὶ δ. κ. Φ. κάλλισαι γὰρ αὗται

καὶ

καὶ θ. π. 34 πρὸς ὓς χ. etiam αὗται est in codd. T. et V. item πρὸς ὓς. 39 σπέρματα. 41 locum hunc emendare nequeo in Aristotelica dialectica non subactus, quamvis videar mihi sensum ejus satis assequi, et Xylander eum recte expressisse mihi videatur, et quoad ὃ μὴ λόγος ὑπάρχει κοινὸς recte emendasse. 42 f. ὃ μὴ, κοινῶς ὂν ὁμογενὲς, ποιὸν ἰδίως ἐστὶν, et sic emergit ea sententia, quam Xylander expressit his verbis: *nisi, praeter eam communem rationem, suis peculiaribus qualitatibus ab aliis ejusdem generis rebus distingueretur.* 43 ὁ λέγεται κοινὸς εἶναι, ποῖος δέ. πῶς τοίνυν ποιός ἐστιν ἐκ διαφορᾶς τῆς πρὸς ἄλλον, ἀσυγγενὴς καὶ μονοειδὴς γεγονώς. *mundus non dicitur communis, sed qualis. Si ergo idea qualitatis nascitur e differentia ab alia quadam re,* [vel *ab alio quodam mundo,*] *quomodo poterit mundus qualis dici, si, quod isti pertendunt, absque cognato et solitarius natus est?* conf. p. 425, 22.

424. 2 f. ὅπως μηδὲν ὑπολείπωσι [vel ὑπολείπωμεν] τῶν ἐκτὸς. 7 de λόγος dubium nullum est, quod et sana ratio flagitat, et Xylander atque codd. T. et V. confirmant. 9 ἐμπεσεῖν ἐξ ἑαυτοῦ εἰς ἄλλον. 12 εἶναι δεῖ καὶ πρ. 15 καθ' ἕκαστον] subaudi κόσμον. 18 τοῖς] in Basil. est τὰ. et sic quoque videtur in Petaviano fuisse. quorsum enim alias repeteretur in var. lect. ex eo cod. lectio cum vulgata consentiens? si constaret verbum ὑπόψονται probum esse, non dubitarem τὰ probare, sed sententia verbum illud repudiat. quare mallem τοῖς Ἀριστο-

τέλους ὑπογράψονται, *subscribent praeceptis Aristotelis*. Latinismus est ὑπογράφειν vel ὑπογράφεσθαί τινι pro πεισθῆναι vel ὑπακούειν vel συντίθεσθαί τινι, quo admisso leg. quoque erit ἔχουσιν loco ἔχοντα. ut Xylandri animadversio de φυσικῶς intelligatur, tenendum, vocab. αἰτίας in edit. Basil. deesse. 21 mallem ὑφισταμένης. 26 f ὡς delend. sed hoc non urgeo. nam potest οἴεται sic in medio positum existimari, ut etiam ad sequentia debeat tacite referri. potest quoque oratio tota obliqua esse. 36 post λόγῳ videtur πλάττειν vel ὑποτίθεσθαι deesse. *quod si autem tandem pertinaciter aliquis pertendat, Aristotelem fingere vel supponere ratiocinio tenus, vel doctrinae tantummodo caussa, fuisse ausum aliquod infinitum vi in motum adactum.* 38 κενῷ] f. ἀπείρῳ. 41 ἄψυχον σῶμα πρὸς. 42 f. ἡ φορὰν ἐξ αὐτοῦ ἢ ὁλκὴν ἐπ' ἐκεῖνο γ. 46 ἄλλας πρὸς ἄλλα [scil. σώματα] ποιοῦσι. 47 τῷ μετακοσμεῖσθαι. cohaeret hic Dativus et Infinit. cum σὺν, quod est in συμμεταβάλλειν. *penult.* τῶν κόσμων ἕκαστον-

425. 2 δύναμιν, ἣ σώζει. 4 οὐ παρέχει] *non datur*. male redditur *non praebet*, hic quidem loci. παρέχει, subaudito ἑαυτὸ, est impersonale, prorsus ut Arabicum لم يمكن *sui copiam non facit, non existit, fieri, contingere nequit*. 14 f. τὰ ὅλα πρὸς τὸ τοῖς αὐτῶν μέρεσι χρῆσθαι. *totum universum habere, quoad partes suas singulas, eam indolem eumque ordinem, ut partibus suis uti queat.* 16 f. κόσμον ἡμέτερον μόνον κόσμον

μον ἀνίῃ. 28 τὴν] codd. T. et V. dant γῆν, quod etiam Xylander vertendo expressit. 40 συνεργάσασθαι. eum, scil. *medium locum, non parum eo contulisse*, non parum in caussa esse, *ut permaneat*. forte quoque loco τοῦτον, quod potest ad μέσον τόπον, ut dixi, referri, leg. est τοῦτο. *ea res*, ille scil. orbis terrarum in medio rerum situs. huic conjecturae favet τούτῳ, quod var. lect. e codd. T. et V. enotatum dant. συνεργάσασθαι videtur quoque Xylander conjecisse, quamvis in notis non monuerit. in versione quidem expressit. 42 ἀτοπωτέραν, et sic quoque cod. T. *caussam, quare medium sit, quod nullum est, fingens multo absurdiorem, quam est caussa, quare mundus perstet, ab ipso tradita*. 45 μέσου. 53 post εἶναι subaudi ὑπολαμβάνειν. 54 f. καὶ μὴ ἕνα τῶν καθ' ἕκαστον [sc. κόσμον θεῶν] *ult.* f. θεὸν, ἰσχὺν [vel κράτος] ἔχοντα καὶ νοῦν.

426. 13 ποιοῦντας] l. ποιάς. *qualitates quasdam*, quodammodo habentes, qualitercunque comparatas. 22 ἐπερχόμενοί τε, καὶ μαλάσσοντες βίαν τῶν πόντων, *marium vim et impetum mitigantes*. 25 ἐπεῖναι τῶν κόσμων ἄλλοτε ἄλλον. *adire et perlustrare tot diversorum mundorum modo hunc, modo alium*. 38 f. ἡ δὲ συγκεκλεισμένων ἐν ὡρισμένῳ — 43 ἐπέσχον *sustinui sermonem, conticui, desii*. quae deinceps sequuntur de causa, quare Plato quinque mundos, neque plures finxerit, quum et exigui momenti et frigidae plena subtilitatis esse mihi videantur, hominique mathematicarum doctrinarum rudi (is ego sum) non possint non obscura esse, satius duxi praeterire. quare protinus ad p. 430. pergo.

430. *antepen.* aut ἀνανααλογωτέραν legend. *minus respondentem rationi*, ab α privativo et ἀνάλογος, aut ἀλογωτέραν eodem sensu.

431. 1 Omissio commatis post τῆς tenebras interpreti objecit. *Si unquam alias, hic certe opus erit, ut Academiae de omnibus dubitantis et utramque in partem disputantis, memores simus, atque securitate nobis interdicamus.* 8 ὡς ὁ αὐτὸς ἀνήρ. 12 ἡ χρώμενοι. redit enim ad αἰτίας et δυνάμεως. et sic quoque cod. Turneb. 18 δαίμονας, εἶπεν, ἢ ψ. eodem cod. consentiente. 21 ψυχὴ ἐνεσκευασμένη σῶμα τῷ παρόντι βίῳ πρόσφορον. *anima induta corpus praesenti vitae conveniens.* 33 distinguo et lego sic: ἀλλὰ νῦν, ὁ Ἀμμώνιος ἔφη. 34 ἔχεις καὶ προθύμως. Etiam ἔχεις est in cod. Basil. et προθύμως cod. Petaviani parum a vero abludit. 36 aut παντὶ τῷ λόγῳ, aut πάσης τῷ λόγῳ. 46 f. ἀλλ' ἔχειν μὲν, ἔχειν δὲ Φ. 52 τὸ κλέπτον videtur hic significare clanculum irrepentem labem et peccata atque vitia nescio et non animadvertenti accrescentia. non tamen fastidirem βλάπτοντος, quod nonnulli dant codd. quae sequuntur ὅτι ἡ ψυχὴ ἔτι [sic leg.] συνδεδεμένη etc. ad σώματος, videntur delenda esse, ut e margine in textum immissa. redolent enim scholium vel argumentum a diligente aliquo lectore margini adscriptum. neque Xylandrum hoc fugit, et inveni quoque in var. lect. notatum. *ult.* non improbo δυσφανής. grandius tamen sonaret et Plutarchum magis deceret, affectatorem poëticorum vocabulorum, δυσφαὴς *aegre lucens.*

432.

432. 21 f. σύμφυτον μὲν, ἀλλ' ἀσθενῆ καὶ ἀμυδρόν. 25 f. ἢ τῦ λογιστικῦ καὶ φροντιστικῦ, διὰ τὸ ἀνίεσθαι καὶ ἀπολύεσθαι τῶν παρόντων ἀλόγων καὶ φανταστικῶν; τῦ μέλλοντος ἐπιστρεφομένυ. *aut ideo, quod pars hominis ratiocinando et meditando facta ad futura scrutanda se convertit, postquam a praesentibus turbidis et imaginationem exercentibus remissa atque absoluta fuit.* 31 δεκτικὸν δὲ φαντασιῶν τοῖς πάθεσι. *quod in affectibus suis* [aut *propter affectus suos*] *recipit phantasias.* 39 δῆλαι. redit enim ad πηγάς. et sic quoque cod. T. et V. 41 ἀφαιρεῖται] verbum incommodum et ab hoc loco alienum. Sententia flagitat παραγένηται. 45 ἀνοίγειν φανταστικὰς τῦ μέλλοντος, εἰκός ἐστιν. vidit quoque Xylander. 53 τε] l. τό. *penult.* αὔη γὰρ ἡ ψυχὴ καθ' Ἡράκλειτον. vocab. αὔη, id est *sicca* exposuerat aliquis lector in suo cod. per ξηρά, id alius in textum immisit, et sic deinceps natum ex αὔη fuit αὐτή, non animadvertentibus, illud glossam, hoc scholium esse. v. hac de Heracliti celebri dictione doctam nescio cujus dissertationem Vol. V. tomo 3. Observat. Miscellan. Amstelodam. p. 42. sq.

433. 1 καὶ μίχος] num καὶ λύχνων, καὶ πρὸς [*et praeterea*] ἀέρος. 3 βαφῇ. 6 πολύπορον et ἔσφιγξε leg. esse non latuit Xylandro, et confirmant quoque codd. T. V. P. 8 Subaudi τῦ πιθανῦ post ἀπέχει. ὐκ ἀπέχει Plutarcho significat ὐκ ἀπέοικε. v. p. 680, 47. 12 ἄγειν] num αὔξειν, *augere*, an contrarium λύειν vel ἀμβλύνειν. 17 τὴν μαρχαμαν videtur delendum, ut scholium

dictionis τὸν σίδηρον ἐκεῖνον. 42 ὄντως, reapſe, vere, 44 ἔτος, ὡς τῆς ψυχῆς. 53 f. ἐν τῷ μακρῷ χρόνῳ πάνυ πολλάκις. penult. πλείονες] l. πλεονάκις. multo frequentius calidos fontes defeciſſe, aut rurſus ebulliiſſe, quam fluvios aut lacus, ſignificat.

434. 1 f. διὰ χρόνων [v. p. 437, 27.] ἐπεφαίνετο ἐν τοῖς αὐτοῖς τόποις, ἢ πλησίον ἐπιῤῥέοντα. καὶ μετάλλων δὲ λέγονται τὸ μὲν αναλάμψεις [vel ἀνακαλύψεις] τὸ δὲ αὖ ἀμαυρώσεις γεγονέναι καὶ κενώσεις, ὡς τῶν π. 5 αὐτόθηκτον eſt ferrum, quod ſolummodo frigidum cuditur absque igni, ſolum, merum per ſe acuitur, quod candefieri non debet, ut emolleſcat. 6 πέτρας. ut etiam Xylander. v. Philoſtrat. p. 418. Caeterum hic eſt anacoluthum. oratio in Genitivo coepta non continuatur, ſed ab hoc ad Nominat. tranſilit auctor. poſſet quoque illa durities ſermonis evitari, ſi poſt πέτρας addatur ἥ, *quae*. quo facto pendebit πέτρας a τῶν vs. 3. 7 συνεκφέρουσα] una cum aliis metallis ſeu foſſilibus proferens. 16 ταὐτὰ δή. 20 ὑποσάλυ. uno vocabulo. *contremiſcente*. 21 diſtinguo et lego ſic: καὶ σύγχωσιν ἐν βάθει, μεθίστασθαι. *obſtructis in profundo per infarctam terram meatibus*. 22 παραμένειν corruptum eſt, ſed non ſuccurrit idonea medicina. ſententia flagitat ἐπιλελοιπέναι aut σιγῆσαι. 23 quando contigerit magnus ille terrae motus, qui Delphos evertit, non memini. 32 τὸ] l. τῷ. 33 ἐστὶ] aut ἔστη, aut potius ἔτι, ſubaudito ἦν. 36 ſi integer locus eſt, ſubaudiendum eſt ὕβριν, qui

prae-

*praeclaram illam, quae rerum caussas exponit, insolentiam*, hoc est insolentem, protervam et arrogantem ferocemque philosophiam, *talibus affricant*, quales scil. sunt legati et alii magistratus literis aut non imbuti, aut non satis instructi. nam post τοῖς τοιούτοις comma ponendum est et respicitur ad Ciliciae legatum. 32 εἰς πολεμίων] subaudi ἐπικράτειαν. posset quoque εἰς πολεμίαν legi, scil. γῆν. sed eo non est opus. 43 distingue: οἴχεσθαι. Τοῦτο ἡμῖν — 55 ἐκεῖνος. et sic quoque cod. Petav.

435. 3 ἀποδιοπομπουμένῳ. redit enim ad λόγῳ. 8 post ὅσῳ μᾶλλον videtur aliquid deesse et auctor sic propemodum fuisse ratiocinatus: ὅσῳ μᾶλλον κατηναγκασμέναι εἰσὶ καὶ φυσικαῖς αἰτίαις ἐγγίζουσι, τοσούτῳ μᾶλλον ἀπάγουσι τ. δ. *quanto magis hae caussae e rationibus naturalibus arcessuntur, et necessitatibus naturae illigantur, tanto magis opinionem caussae efficientis a diis avertunt.* 16 ἐπὶ τοῖς χρηστηρίοις] *eo fine, ut oraculis utamur.* 18 f. ἱερείων. *victimarum requisitae qualitates*, aut *habitus certi*, absque quibus illae immolationi non sunt idoneae. forte vitium est in καταστάσεις, et leg. est κατασπείσεις, *consecrationes per infusas in caput molas salsas et vina*, v. p. 437, 15. et 438, 8. 21 f. καταασπενδόντων, scil. τῶν ἱερέων. *quum popae molas salsas et vina in victimae caput effundunt*, eaque caeremonia sacrificium ipsum auspicantur. Nam κατασπένδεσθαι de ipsa victima in passivo dici, est insolens, et mihi quidem ignotum. 25 θεοῖς μὲν ἢ δαίμοσιν. 28 ποιήσει. 41 aut pro *Lampria*

*pria* nomen *Philippi* eſt ſubjiciendum, aut deinceps leg. vs. 42 πάνυ μὲν οὖν, καὶ Φίλιππος, [ſcil. περιμένοι] ἔφην. nam Lamprias in hoc libello loquitur, et ille ſemper ſignificatur ubi ἔφην occurrit. Abſurdum autem eſt et incivile, interrogato alio, alium reſpondere, et ſuperiori reſpondendi jus praeripere. 50 ἐμέμψατο τὸν παλαιόν.

436. 6 f. ἕδρα καὶ βάσις. et ſic quoque T. et V. 8 diſtinguo et lego καὶ μάλαξιν διὰ πυρὸς, καὶ δι' ὕδατος βαφήν. 16 praefero φαρμάκων, quod in codd. nonnullis eſt. 51 ἡ γεννήσασα] pendet hic Nominat. et indicat quaedam deeſſe. *ult.* ἀνιέντας. *remittentes*, ut cod. Petavianus quoque exhibet. opponitur enim ſequenti ἐντείνοντας.

437. 1 καὶ τὸ μὲν ἄγαν. 7 φασὶ] f. εἰώθασι. 8 τρόμον ἀποθεωρεῖν — et ſic quoque T. et V. patet e praemiſſis p. 435, 20. et ſequentibus. poſt ἀποθεωρεῖν videtur aliquid excidiſſe et locus ſic eſſe reformandus: ἀποθεωρεῖν, τοῦτο ποιοῦσιν, σημεῖον οὐχ ἑτέρου τινὸς τοῦθ' ἡμῖν, ἢ τοῦ θεμιστεύειν τὸ ἱερεῖον, λαμβάνοντες. 10 μέτρα ſuſpectum. ſententia flagitat ἐλαττώματα μὲν οὖν τὰ περὶ τὸ σῶμα. Si μήνυτρα cod. Turneb. optes, leg. erit μήνυτρα μὲν οὖν τῶν περὶ τὸ σῶμα. *indicia corporearum affectionum obſervare, non eſt admodum difficile.* 14 διελέγχειν] ſubaudi φασὶ, eſt enim obliqua oratio. mallem tamen illud verbum adeſſe. 19 ᾧ] l. ὅ. *reddit illud; quod reddere vel praeſtare apta nata eſt.* 28 poſt μύρων deeſt ἀποδοίη,

vel

vel simile quid. *oecus ille — per temporum intervalla suavi odore impletur, adyto praesentes afflante ejusmodi effluviis, velut e scaturigine ejectis, qualia suavissima et pretiosissima unguenta spirare solent.*

438. 4 ὅταν δὲ μὴ οὕτως, ἢ μὴ γίνεσθαι, ἢ γίνεσθαι παράφορον καὶ ἀπέραντον, καὶ σπαρακτικὸν, aut ταρακτικὸν. *at si eo modo comparata vis imaginatrix vatum non fuerit, necesse est, aut nullum contingere numinis afflatum, aut contingere furiosum et inefficacem et convulsivum,* seu corpora animosque hominum lacerantem et conturbantem. 10 ὑπότρομον. vulgatum peperit error interpretationis circa vocab. κατακλυσθέν. quod si bene habet, significabit ἱερεῖον κατακλυσθὲν victimam tanto tremore tantaque artuum omnium palpitatione correptam, ut velut aestuare et fluctus alternantes imitari videatur. ἔνδον ἦν bene habet *intus erat.* in penetralibus templi, puta. 13 εὐθὺς δὲ περὶ τὰς πρώτας — et sic quoque codd. T. et V. 14 φωνῆς, οὐ θεὸν φέρουσα, δίκην νεὼς ἐπειγομένης, ἀλάλου δὲ καὶ κακοῦ πν. οὐ. πλ. aut ἀλλ' ἀλάλου καὶ κ. πν. *statim apparebat e vocis asperitate, quae ut navis plenis velis provecta ruebat, eam deum non concepisse, sed plenam esse coeco et maligno spiritu.* 23 φυλάττουσι τῆς — 25 ὑπομενεῖ. 31 ὑφ' οὗ πάντα. tres has emendationes confirmant codd. T. et V. 34 ὀξείας.

VIRTV

# VIRTVTEM DOCERI POSSE.

Magna fuit olim quaestio inter philosophos *sitne virtus docilis*. Crito scripsit dialogum ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ μαθεῖν οἱ ἀγαθοὶ teste Diogene Laërtio p. 151. Stoici contra consensu affirmabant, quia boni ex malis quotidie fiant. v. Lips. a Senec. de otio sapientis c. 31. et manuduct. ad philosoph. Stoic. 2, 10. Etiam Simo coriarius, teste eodem Diogene *ibid.* dialogum scripsit περὶ ἀρετῆς ὅτι οὐ διδακτόν.

439. 3 εἶτ᾽ οὐ θαυμάζομεν. *et tamen non miramur.* 6 μυρία ἐστιν. absque δέ. quod tamen, ut verum fatear, saepe observavi in metu concursus duorum vocalium futuri indeque orituri hiatus et injucundi soni, interseri lubricandae et suavitate ornandae orationis ergo. 25 ἀναγνωστέον ἢ Τέλχινας. et ita quoque Xylander sensit. 32 δάκτυλον] recte dat Basil. et cod. T. κόνδυλον. 33 forte post μανθάνοντος aut διδάξαντος deest ὀρθῶς ἐσθίειν. 37 f. ἐναλλάξ. Sic sane apud Aristophan. *Nub.* vs. 979. editum est, et praestat cod. T. conjeceratque Salmasius. 44 πρῶτοι γὰρ οὗτοι λαμβ. 46 ῥυθμίζουσι τὴν ψυχὴν εἰς ἴχνος. *ult.* aut τὸν τάριχον, aut τὸ τάριχος.

440. 1 ἀναβαλεῖν. SALMASIVS. 4 καθηκόντων, et sic quoque cod. T. 6 δεῖν. 10 παραδῶσι corruptum esse notavit Guil. Canterus Novar. Lect. IV, 25. et παραμένωσιν, aut γάλα δονῶσιν conjecit auctore Herodoto 4, 2. unde locus hic petitus est. Xylander maluit παραστῶσι. v.

etiam

etiam H. Stephani annot. ad h. l. p. 191. Salmasius ὅπως γάλα δῶσιν. Mihi παραμένωσι prae aliis conjecturis placet. quamvis enim Herodotus aliam ediderit caussam, quare Scythae servis suis oculos effoderint, potest tamen Plutarchus aliam, eamque probabiliorem posuisse.

---

## DE VIRTVTE MORALI.

8 f. ἀλλοτρίε τε [absque accentu] κοσμεντος. 22 τὸ δὲ πρός τι καὶ πῶς, [subaudi σκοπεμένω vel θεωρεμένω] διαφόρες. *penult.* μελανοθέαν.

441. 4 ἄλλοτε δὲ ἄλλα. 5 διαφόρες διαφόρως, μιᾷ φ. χ. 13 ἐγείρας, ut etiam est in cod. Petav. 14 post δίκαιον deest ὀνομάζομεν. 35 aut pro ἅπαντας l. ἀγνοεντας, aut pro τὰς leg. αὐτὰς. 37 post ψυχῆς deest μόνον. 24 aut leg. est τεκμαιρομένοις, aut ante hoc vocab., servata vulgata, inferendum νομίζειν. *penult.* post γένεσιν aut in hac regione videtur παρέχει, aut παρέχεται deesse, quod etiam Xylander vidit.

442. 4 f. ἄτακτον καὶ ἐπιστασίας ἑτέρε δεόμενον. 6 τέτω] scil. τῷ σώματι, quod latet in superiore σωματικὸν, nisi malis cum Camerario supplementum interpretationis Brixianae adoptare, quae l. hunc sic reddidit: *aliud semper cum corpore versari, illudque colere suapte natura desiderat.* tanquam si legisset τὸ μὲν ἀεὶ σωματικὸν, καὶ τῷ σώματι ὑπηρετεῖν πεφυκὸς, ἐπιθυμητικὸν κέκληται. 7 τὸ θυμοειδὲς. 10

ἕτερα

ἕτερα suspectum. 20 καταπέφυκε pariter. sententia flagitat καταπέτριπται, aut καταδέδυκε. 32 τέταται intenduntur. 47 ἅμα γὰρ ἐπτ. 52 ἐπιτίθεται. *conscientiae morsus et compunctiones non solummodo indicium aggrediuntur*. redit nempe ἐπιτίθεται ad τὸ λυπεῖν. *ult.* ἐπαγωγὰ et νεαρὰ suspecta mihi sunt vocabula. non enim sententiae congruunt, cui μειρακιώδη aut παιδαριώδη, aut νεανικὰ melius conveniret, et pro ἐπαγωγὰ, αἰπωδά.

443. 4 pro συνῆλθε mallem συνήδεται. 4 πρὸς τὰς κρίσεις. 6 de Amoebeo citharoedo Atheniense v. Athen. pag. 623. et interppr. ad Æliani V. H. 3, 30. 14 δὲ] l. τε. 34 οἷον ὀργὴ, αἰδὼς, θάρσος, deleto superfluo θράσος. 39 ἐστὶ τοίνυν rectius dat Stobaeus, qui l. h. habet c. 3. p. m. 39. 40 ὅπως ter hic legitur, quibus in omnibus locis Stobaeus ἁπλῶς dedit, me probante. 47 Stobaeus hic loci a vulgato cod. nil differt. videtur tamen auctor ita dedisse: διαφέρει δὲ σοφίας φρόνησις τί? *quid autem differt* σοφία *et* φρόνησις? respondetur ἐκ τῆς τοῦ θεωρητικοῦ — σχέσεως τινὸς πρὸς τὰ παρόντα ἁρμοζούσης γενομένης ὑφίσταται κατὰ λ. — *scilicet si vis animi res intueri apta in eam vim, quae agendis rebus et suscipiendis commotionibus destinata est, animadvertit, et aliquem habitum induit rei praesenti convenientem, ex eo nascitur, ut par est, prudentia. penult.* καὶ] l. κατά.

444. 1. aut δυαῖν ὀρθαῖς aut δυοῖν ὀρθαῖν. 10 συμπαθόντος. 22 προσενδίδωσιν. ut etiam codd.

T. et

T. et V. 33 δεομένη, νὴ Δία, τῆς παθητικῆς. 48 τῇ περὶ φθόγγους ἁρμονίᾳ ὁμοίως. 51 αὕτη τε, et haec.

445. 8 f. ἀπαθείας, ἢ καὶ ἀναισθησίας. 18 placuit hic loci Camerario Brixiana interpolatio, quae mihi quidem vehementer displicet atque improbatur. 24 ἅμα] f. θαμὰ, *jugiter.* 28 ὃ γέγονε] subaudi τὸ ἐπιθυμεῖν e sequentibus. 30 τὸ ὑπερβάλλον non est hic loci Nominat. sed Accusativ. *parti animae concupiscenti ademta non est vis nimia sui affectus.* 38 ὑφ' οὗ μὲν ἐξάγεται πρὸς τὸ ἐπιθυμεῖν τὰ αἰσχρά.

446. 5 αἴ, αἴ, τόδ' ἤδη θεῖον ἀνθρώποις κακόν. *Malum hoc jam divinum est hominibus malum*, id est, non amplius humanum est malum, sed divinum, quod vinci et devitari nequit. 6 ἕλκει με γὰρ δὴ θυμὸς, οὐδ' ἔτ' ἀντέχω. 11 ναῦς ὥς τις et ἀνήρτηται. 12 οὐ κρατεῖ τὰ π. *nostri non retinent rudentes.* horum nonnulla var. quoque lectiones firmant. 17 aut ὑποῤῥεῖ, aut ὑποσύρεται. quamvis, ut verum fatear, ὑποσύρεσθαι in usu non sit, sed ὑποφέρεσθαι, pro *invitum et nolentem ad quasdam res vel instituta abripi.* 18 ἐσίλλαινε, gemino λ, ut etiam Salmasius et cod. Petavianus. 23 ὅτε γὰρ ὁ σοφὸς ἐγκρατής. 27 aut τοιαύτας leg. aut ταύτας ἔχει τὰς διαφοράς. 31 ἄσφυκτον, ut etiam Salmasius. *ea ratio, quae non tumultuatur, neque per contentionem palpitat repugnans.* confirmant hoc, et superius ἐγκρατής, variantes lect. v. p. 500, 16. 35 κοίμισε, per

T jota.

jota. 45 κυνὲς ἢ γαλεοὶ. 48 διαφορᾶς πρὸς τὰς ἐπιθ. ult. τάχει τῆς μεταβολῆς.

447. 1 ἐ συνορῶντας, in Accusat. 10 ἐνάργειαν, evidentiam, claram et perspicuam rerum experientiam et perceptionem. ambas has emendationes occupavit jam Xylander, postremam quoque dant cod. T. et P. 30 f. περὶ τοῦ συμφέροντος, καὶ ἅμα ἓν ἐστιν. 40 f. ἀντιβαίνοντος, ὃ οἴεσθαι δεῖ λόγων εἶναι.

448. 3 Grammatici praecipiunt ἀφεῖκαν. nulla idonea caussa. 21 recte Basil. dat μονὴ, accentu in ultima defixo, mansio. dictio est Platonica. v. p. 484, 25. 28 potest vulgata defendi. mallem tamen εὐθὺς εἰς δυὸ. 31 ἀκολουθία est modus se convenienter decretis suis gerendi et ductui judicii sui obsequendi. 32 ἐπεὶ] facile esset ἐκεῖ reponere, sed non satisfacit. 37 ὥσπερ ἓν ἐκεῖ. 39 συνεπιδιδόντος, scil. ἑαυτὸν, ob praecedens ἐπιῤῥέοντος. consentit cod. Petav. porro pro ἐπεὶ videtur leg. esse ἔτι.

449. 2 ἐνάργειαν. 4 εἶτα resolvendum in duo vocabula: εἰ τὰ, ut fecit interpres, consentientibus codd. Pet. T. et V. 8 συνεάρσεις] vocab. hoc Xylandro crucem fixit, neque miror; mihi pariter creavit negotium. in cod. Petav. est συνεοίσεις, unde efficio συνερείσεις, id est συμπιέσεις, angustias, quando animus in semet velut subsidit et comprimitur atque coarctatur. 12 βουλήσεις potest ad praecedens προθυμίας referri, et pro ejus synonymo haberi. Fuit, quum μελλήσεις conjeci et cum εὐλαβείας pro aequipollente habui. 19 f. pro εὐθὺς leg. est φυγεῖν.

γεῖν. *postquam fugere amicam et adulatorem decrevere*, non tantum non fugiunt, sed *etiam amant*. 25 ὥσπερ τὸ κινοῦν καὶ τὸ κινούμενον. et sic quoque interpres et cod. Petav. 34 f. ἐν δὲ τοῖς πάθεσι. 36 καὶ πᾶς ὁ λυπούμενος. 47 de Anaxarchi supplicio nota res. v. Menage ad Diog. Laërt. 9, 59. de Magae reguli Cyrenaeorum adversus Philemonem lenitate v. nostri p. 458. *init*.

450. 1 λήξεις] cogitavi aliquando δήξεις, item πλήξεις, sed videtur aliquid deesse. 2 τῷ ἀλόγῳ. v. vs. 17. 11 τὰς et ἀρχὰς. sed post ἀρχὰς deest aliquid, e. c. μέγα ὄφελος ἡγοῦνται. 11 ἀνωμαλίας. Celebres fuere quondam Chrysippi sex libri περὶ τῆς κατὰ τὰς λέξεις ἀνωμαλίας, in quibus, auctore Varrone, *propositum habuit ostendere similes res dissimilibus verbis et similibus dissimiles esse notatas vocabulis*. v. Menage ad Diog. Laërt. 7, 192. qui non debuerat p. 346. vulgatae hic loci pravae lectioni patrocinari, et scriptum περὶ ἀνομολογίας, quod nullum fuit, a libris περὶ ἀνωμαλίας, qui fuerunt, distinguere. 30 τὸν χρόνον, ὃν οὐ ταῦτ' ἀλλ' ἐκεῖν' ᾑρούμεθα. Salmasius emendat τὸν χρόνον ὅτ' οὐ. 47 ὃ] l. ᾧ. *cui etiam. corpori* puta. et sic quoque cod. Petav. *penult*. ἀρχὴ] f. ἀκμή. sed nolo vulgatae, quae defendi potest, controversiam facere.

451. 13 εἰ τοῦ παθητικοῦ μὴ συνεφάπτοιτο. *si partem mentis commoveri facilem simul non attingat*. 25 v. Apollodor. biblioth. p. 162. *edit. Galei*. 36 βουλεύοντι, *apro necem meditanti*,

ictum inferre studenti et rationem inferendi ictus excogitanti. et sic quoque cod. Petav. 45 ἀπορρήξειεν. 53 aut συμμετρίᾳ, aut ποσότησι.

452. 2 περίλυπον idem est atque περιαλγῶν. quare malim aut καὶ περίλυπον deesse, aut ejus loco legi καὶ περίφοβον vel περιδεὲς, cum φοβέμενον sequens non habeat, quod sibi respondeat. περίφοβον habent quoque codd. V. et T. 10 mallem ἀλλ' ἐκ ὠμὸς.

---

## DE IRACVNDIA EX ANIMO EVELLENDA.

Libellus hic ad Fundanum scriptus est, qui mihi videtur ille Minutius Fundanus esse, ad quem tres epistolae in Plinianis exstant. I. 9. IV, 15. et VI, 6. Fuit Procos. Asiae sub Hadriano. v. Tillemont Hist. des Empereurs T. II. p. 176. et Fabric. B. G. T. III. p. 355. not. Conferri meretur ad hoc opusculum caput postremum L. II. N. A. Gellii.

453. 8 ἐνιαυτῷ δευτέρῳ] anno ante, quam libellum hunc Plutarchus ederet. Scriptus igitur ille fuit sub Domitiano ad Fundanum adhuc juvenem, qui póstea sub Trajano functus fuit honoribus. Nam L. Junius Arulenus Rusticus, quem Domitianus peremit, Plutarchum Romae docentem audivit. conf. pag. 927, 22. 20 de Erote v. p. 464. *circa fin.* 28 Syllae nomen induit ipse Plutarchus. 29 παρορᾷς] *aliter, quam oportebat, spectas*, prave intueris, ut aliud tibi appareat, quam est. egi hoc de usu praepositionis

παρὰ

παρὰ in compositis ad M. Antoninum Imp. philosophum. *ibid.* ἐρῶντι. *amanti.* 43 πείση. et sic quoque Xylander et P. Leopardus Emend. I, 19. ubi egregie de voc. homerico πείση *tranquillitas animi, stabilitasque in gradu suo,* egit. *ibid.* post μισοπονηρίας deesse videtur ἐκφερόμενον vel προσφερόμενον vel simile quid.

r. 454. 15 ἐξ ἑαυτῦ. 21 f. ἀσθενὴς θαμὰ χαρασσόμενος. 45 ἡβάσασα] nescio quid in animo Xylander habuerit vertens *se subjiciens.* verte *vigens, invalescens.* Salmasius emendabat ἡβήσασα. sed vulgata non est deterior. 49 v. P. Leopardi Em. 17, 20. 52 de Hieronymo peripatetico, quem noster hic designat, v. Fabric. B. Gr. T. II. p. 303. citat ejusdem dictionem aliquam noster p. 48, 14. 53 γινομένης. *nascentis adhuc.*

455. 1 τῦ λόγυ] necesse est aliquid hic excidisse. Significat enim nuncium de nece Patrocli. Cogitabam aliquando τῦ Ἀντιλόχυ προσπεσόντος. nam Antilochus, Nestoris filius, nuncium hunc Achilli perferebat, ut patet ex Iliad. Σ initio, cujus vs. 22. hic loci repetitus a nostro fuit. *Antilocho subito superveniente et nulla cum arte, sed claris verbis edito tristi nuncio aggrediente pectus non praeparatum.* probabilius tamen mihi nunc videtur, Plutarchum sic ferme scripsisse: τῦ λόγυ προσπεσόντος περὶ τῆς Πατρόκλυ σφαγῆς vel ἀναιρέσεως. 6 aut delendum αὐτῶν, aut in ἀπάντων est mutandum, aut denique αὐτῶν in vs. proximum deducendum et post ἄυξησιν est collocandum. quo facto, significabit Agamemnonem et Achillem, de quibus

modo sermo fuerat factus. 21 „Versus Callimachi. pro τὴν Φίλην legitur τὴν Ἰαρὴν in v. c. forte scrib. τὴν Φλιήν. „ SALMASIVS. 27 ἐπιπέσωμεν. Επιπίπτομεν [in Indicativo] δὲ τοῖς φίλοις μάλιςα, ne cadamus, aut potius, ne ruamus super aliquos. solet autem plerumque fieri, ut ruamus super amicos praecipue. hoc est, plerumque offendimus nostra iracundia amicos. non toties in inimicos ira nostra desaevit, quoties in amicos. Ita correxit quoque *Salmasius*. 43 τῆς ἰατρείας. 45 f. καὶ πρῶτον μὲν μεμνημένος, ὧν φησιν Ἱπποκράτης.

456. 1 καὶ delendum est, aut deficit aliquid. 2 τονάριον vocat Quintilianus. SALMASIVS. 3 aut σχολῇ, aut κατὰ σχολὴν leg. *gradatim.* Guil. Canter. Nov. Lect. 3, 25. σχέδην commendat. *sensim, et per gradus*, ita ut frenis quasi contineatur sonus, non autem impos sui ruat. 12 f. οἱ ποιηταὶ παίζοντες. 35 τίθεσθαι si bene habet, significat *supponere pro vero et certo axiomate*. 45 recte locum hunc Xylander e cod. msto emendavit ἡσυχίας, ὡς ἡ Σαπφὼ παραινεῖ, σκιδναμένης ἐν στήθεσιν ὀργῆς.

457. 1 οὐ γὰρ μόνον. 7 σφόδρα hic delend. et in vs. superiorem reducendum est, atque post ὅταν collocandum. mallem quoque ἐν additum habere ante τοῖς λελυπηκόσι. ut tota sit ad hunc modum conformata sententia: ὅταν σφόδρα δακνῇ καὶ περιώδυνα γένηται, τὴν φλεγμονὴν ἀπερειδομένων ἐν τοῖς λελυπηκόσι. 16 f. χαλεπώτατοι δὲ αἰνεῖν φιλοτιμίαν. 25 forte sic integrandus est iambus: ἄνδρ' ἠδίκησας. ἄνδρ' ἀνεκ-

ἀντεπτέον πάλιν. 29 f. ἡ γὰρ ἀνδρία. 34 θέλῃς potest defendi; praeferrem tamen θέλῃ scilicet ἵνα. 38 οἱ νῦν οὐκ ἔχοντες. 39 ὅτι] l. ὅτε. 43 significat Philippum juniorem Demetrii filium, patrem Persei. 51 αὐτοῦ] confundit Plutarchus duos Philippos. nam quod antea narraverat, id ad Philippum juniorem pertinet, ut modo dictum est; quod autem jam narrare incipit, id ad Philippum seniorem, Amyntae filium, Alexandri patrem, pertinet. conf. p. 179, 8. 52 τινῶν λεγόντων] subaudi πρὸς αὐτὸν. *coram ipso*, Philippo puta. *ult.* Porsennae et Mucii Scaevolae historia nota est, et nostro quoque narrata p. 305. *fine.*

458. 1 v. p. 449. *fine.* 12 ὄντα] subaudi τὸν βασιλέα. Accusativi hi sunt consequentiae loco Genitivi. *regem enim excelsioris esse fortunae, quam ut ejusmodi dicterium toleret. ibid.* mallem εἰ μὴ βασιλικὸν τὸ φέρειν. *si regem non decet scommata in se jacta ferre, non magis eum decet in alios jactare.* 18. loco vocabul. Ἀθηναῖοι suspicor leg. esse Ἄρη. nam *μαιμάκτης* aut non est Jovis cognomen, aut alienum ab hoc loco et menti Plutarchi adversum. significat enim *furiosum, rabidum.* atqui deberet, si Jovis esset, *benignum, clementem, indulgentem* significare. 21 multum non refert, duobus vocabulis ἂν οἰκίσαι, an uno ἀνοικίσαι legas. videtur tamen ex ἀναστῆσαι vs. 24 colligi posse, οὐκ ἂν ἀνοικίσαι legi oportere. 26 Camillum et Metellum exsilio damnatos in patria noluisse acceptam injuriam ulcisci notum est. Camillus Romam Gallis liberavit,

 et

et e cineribus resuscitavit, ut e Livio constat. de Metelli Numidici moderatione vid. Valer. Max. IV, 1. de Aristidae ostracismo narrat Cornel. Nepos; de morte Socratis Xenopho et Plato. 33 ἐφ' ὃ σπεύδει. 37 pro ἐκόμπασε existimo Sophoclem κομπάσματα dedisse. Plutarchus primum versum integrum recitare opus non duxit, sed secundus bene habet ἐῤῥηξάτην εἰς κύκλα χαλκέων ὅπλων. *magnificis suarum virtutum depraedicationibus, sed a quibus convitia aberant, scutorum suorum aeneorum orbes feribant*, hoc est, res a se praeclare gestas celebrabant in armis. Aliter sensit Salmasius, qui praecipit ita scribi: ἀλοιδόρητ' ἐῤῥηξάτην εἰς κύκλα χαλκοῦν ἄπλον. quod non intelligo. Sophoclem scripsisse duas fabulas, unam de Neoptolemo, alteram de Eurypylo appellatam, potest e fine c. 24. Poëticae Aristotelis colligi. At ex utra harum fabularum petitus sit hic locus, non constat. 47 Cyrum a Tomyride peremtum Herodotus narrat, Pelopidam ab Alexandro Pheraeo noster. 53 haec non Antigono, sed Agathocli tribuit p. 176. *c. fin. ult.* sitne hoc e mythologia petitum, an ex historia civili temporum Aristoteli aequalium, ambigo mecum definire. Fuit profecto Aristoteli aequalis rex Ponti Satyrus, de quo v. Diodor. Sic. 14, 93. ubi vid. Wesseling, et alius, de quo idem 20, 22. Ipse Aristoteles Satyrum Philopatora memorat Ethic. 7, 6.

459. 1 praefero lectionem codd. ἔχοντας. Non enim judex sententiam dicturus, sed partes litem agitantes dicuntur δίκην ἔχειν. v. p. 504, 22.

532,

532. 10. et 40. 868, 3. subauditur δικάσασθαι, non δικάσαι. 3 πλημμελήσαντας δέλες. ob sequens ἀποδιδράσκεσι. 4 ante λόγες videtur aliquod epitheton deesse, e. c. φοβερὲς vel δεινὲς vel τραχεῖς. 16 aut delend. καὶ, aut addendum λοιδορίαι, vel πληγαὶ, vel simile aliquod vocab., aut deest vocabulo ὀργαὶ epitheton aptum, e. c. σφοδραί. deinde aut ποιῦσι leg. aut ὑποφέρεσιν. 20 πολλῆ: 30 aut μαστίγων leg. aut στιγμάτων, aut denique μετὰ πληγῶν καὶ μαστίγων καὶ στιγμάτων. 38 aut ἐστὶ, aut ἵσαται. 46 distingue τὸ δ' αἴσχιστον ἐ προσεστι, φαίνεσθαι — et sic quoque distinxerat *Salmasius*. 49 πιστεύειν] subaudi e superioribus *Alexandri mortem*, aut *Alexandrum vivis excessisse*. 51 δι' ὀργῆς, i. e. ἐν ὀργῇ. 52 ἔτος. *si hodie hic homo nequiter se gessit*.

460. 4 δι' ὁμίχλης, ut recte Basil. et *Salmasius*. 13 ὁρμῦσιν *in portu haerent*. 23 χαίρειν κολάζοντας, κολάσαντας δὲ μετανοεῖν. 25 κολάζεσθαι] s. κομίζεσθαι. 36 ἄγνοιαν. 45 integra dictio haec foret τὸ τῦ Διογένες [scil. ῥῆμα] πρὸς τὲς λέγοντας, ἐτοὶ σε καταγελῶσιν, ὦ Διόγενες, εἰπόντος, ἐγὼ δὲ ἐ καταγελῶμαι.

461. 14 σκεύεσιν] subaudi προστεθειμένε. 15 aut leg. ὥσπερ θάλασσα δ. β. κεκινημένη, aut, hic servata vulgata, leg. vs. 14 κοιμηθεὶς, ἐὰν μὴ ἐπὶ στρώμνης οἰδέσης, ὥσπερ θαλάσσης — 17 δρόμε an τρόμε legatur, non multum refert. vehementer irati contremiscunt, et toto corpore quatiuntur. 19 non exputo quid sibi voluerit

Salmasius ἢ delens, quod abesse neque debet, neque potest. 24 ὀργιζομένους. ob sequentia. 26 καὶ τοῖς φίλοις. 44 recte dat edit. Basil. ἱστορῶσιν, ἢ ῥυτόν. est autem ῥυτὸν poculi genus. Idem quoque Salmasius observarat. De ῥυτῷ vid. Interpret. ad Martial. 2, 34. et Taylor. ad Demosthenis Midiacam. Certum est in hoc loco tractando parum prospere rem egisse Palmerium Exercit. p. 222.

462. 26 significat Eucliden, Megarensem philosophum, auditorem Socratis; auctorem sectae Megarensis aut eristicae. v. p. 489, 30. 48 mallem ἐφίεμεν, quamvis vulgatam plane damnare non audeam. 49 ἀλλ' est delendum, natum ex ultima syllaba vocabuli praecedentis. 50 τῆς ψυχῆς

463. 2 f. καὶ μίσους μὲν ἔχει τὴν ἐπιχαιρεκακίαν, φθόνου δὲ καὶ χεῖρον — ς αὐτῷ. 7 πηλόν, ὥς τις εἶπεν, οἴνου. de dictione *lutum vini*, vel *lutum vino subactum* v. Dorville ad Chariton. p. 35. 9 ἐκκαλύμματα] rara dictio, pro σύμβολα, vel γνωρίσματα. signa, unde latens et tecta veritas aperitur, retegitur, et in lucem producitur. Ductum vocabulum de crepundiis expositorum infantium. 12 ὀργίλου ἀνδρὸς] hoc supposuit Plutarchus sententiae suae dictum vetusti tragici accommodans, pro nomine proprio viri, quod iambum finiebat. 23 ὅπου] l. ὅσω. 27 de Helicone Cyziceno, Platonis discipulo, v. Fabric. B. Gr. T. II. p. 87. et infra p. 579, 28. 50 κλύζοντες.

464. 8 aut delendum est ἀρχὴν, aut saltim a sequente vocabulo, interjecto commate separandum. 20 γε] l. τε. 21 f. παραβάλλων. 22 f. ἱερὰν ἦσαν, ἐπειρώμην ἡμέρας —. 24 θύων.

# DE ANIMI SERENITATE VEL HILARITATE.

4. Timaei Locri libellum de natura rerum, aut Timaeum Platonicum significat.

465. 3 Sitne Merops poëtae tragici nomen, an fabulae, mihi non constat. 4 ὁ ὄχλος σε ἐξέπληξε. 6 „καλτίκιος] f. πατρίκιος. infra πατρικίους φορεῖν. imo κάλτιος leg. nam κάλτιος et *calceus* de calceis Romanorum senatorum proprie dicebatur, vel leg. κάλτιος πατρίκιος. „ SALMASIVS. 15 locus Xenophontis est Cyropaed. l. 1. p. 52. 29 ἀτρέμα: v. p. 501, 24. sumtum ex Euripidae Oresta. 36 Hesiodi locus est *Operum* vs. 519.

466. 6 παράλειψις, *omissio*, recte dat Basil. et Salmasius, et id quoque Xylander vertendo expressit. 11 τὸ delend. 14 f. προσδιελθὼν, *praeterea enarrans*. 22 ἐξαιρεῖσθαι. 29 v. Reinef. V. L. p. 420. 31 λυπρὸς metrum postulat.

467. 18 de Theodoro atheo, conditore sectae de se dictae, v. Diog. Laërt. 2, 97. sq. 22 post μέλλει videtur φυτῶν deesse. 31 καὶ ταύτης, *hanc ipsum quoque*. 34 τελῶν] sententia flagitat ἐπαγγέλλων. *ambiens aliquem magistratum*, vel παραγγέλλων. nam ἀρχὴν ἐπαγγέλλειν et παραγγέλλειν est *candidatum magistratus se gerere*, v. indic. Dionis Cassii v. ἐπαγγέλλομαι, et infra nostri p. 535, 17. 43 Διονυσίου. 50 καὶ τραφερὰς. SALMAS. *ult.* de Stilpone philosopho v. Diog. Laërt. 2, 114.

468. 29 f. τὸ προσῆκον αὐτοῖς, οὕτω καὶ

ἐκείνως οἰόμενος περαίνειν — post ἐπιλήσῃ videtur aliquid deesse. forte ob λήσῃ exciderunt quaedam, e. c. εἰ δὲ μὴ, σαυτὸν λήσεις πολλὰ λυπηρά. 35 ἐδὲ τῶς αὐτῶν. 38 distinguo ante, non post ἤδη.

469. 36 f. καὶ εἰ Φησαίτις ἂν, τί ἦν ἔχομεν? ἐροῦμεν, τί δ' ἦν ἔχομεν? et si dicat aliquis [vel nos interroget]: quid ergo bonarum rerum habemus? ei respondebimus alia contraria interrogatione: quid ergo est bonarum rerum, quod nobis desit? 38 de Antipatro Tarsense, philosopho Stoico, v. Menage ad Diog. Laërt. 7, 54. 49 num τηλικαύτῃ: in urbe tanta, Roma puta. sed edit vulgata quoque sensum haud incommodum.

470. 12 Alius dixisset ἀντιπαρεξάγειν. sed ille mos est Plutarchi post καθάπερ Indicativum usurpandi, non Infinitivum. 25 aut δόξης et δυνάμεως leg. aut servata ibi vulgata, leg. εἰ τινος ἦν μερίδος. 26 „πατρικίως] senatoria vertit Budaeus. de calceis mallem accipere.„ SALMAS. 27 Φορῇ et ἐὰν δὲ καὶ στρατηγῇ. 29 τοῦτο δὲ τί ἐστιν ἄλλο, ἢ συλλ. 37 ἐν delet Salmasius. 45 v. Herodot. 7, 56. penult. ἐξωμίδα. ut recte dat Basil. et Xylander expressit, et Salmasius correxit. Exomis erat vestis genus, quo servi, liberti et faex plebis utebantur apud cubiti flexum desinens, ut liberius manus agitari possent.

471. 14 distinguo ᾧ δὲ τοὐμὸν, ἄριστα πράττει: qui autem mea laborat infelicitate, ille optima gaudet fortuna. deinde recitat auctor dictum alicujus poëtae, forte Menandri. 15 f. ἀνοίξῃς. nisi vulgatam accipias pro secunda singulari subjunctivi

junctivi Aor. 1. M. *si jubeas tibi portam aperiri.* 35 γρίφοις] v. Yvon. Villiomar. ad Rob. Titii L. C. I, 24. 37 ἐπιχειρεῦσα. 45 ᾔδε, *canebat.* Salmasius dederat μὴ βέλτιον ᾔδει, μηδὲ περιρὴν. *ult.* τὸν Πέρσην videtur delend. et ab aliena manu assutum esse, hominis, qui e sono vocab. *Megabyzus* colligebat id persicum esse, nesciens, ita fuisse appellatos Dianae Ephesiae sacerdotes. v. ad. p. 58, 32.

472. 12 ἀπορέλλει. 18 locum hunc ex Androcyda, aut Platone sumtum esse docet Theodorus Canterus Var. Lect. I, 16. 26 βυλευόντι, ut jam supra p. 451, 36. correximus. 33 τῷ] in Ald. et Basil. cod. est τῶν. unde efficio ἢ ἰὼν ἐπὶ κῶμον *aut vadens ad commissationem.* 43 Physicus dictus fuit hic Strabo ob studium ab eo in rerum naturalium caussis, et rationibus indagandis positum. v. Diog. Laërt. 5, 58. et Fabric. B. Gr. T. II. p. 311. *ult.* καὶ εὐτελῶς.

473. 3 μηλοβότα τ' ἀρότα τ' ἀρ. 26 vid. Pauli Leopardi Emend. 9, 11. 41 ὡς πρὸς αὐτὲς. *tanquam ad se non pertinerent,* v. vs. 24. et p. 475, 15. 50 θέλεσι. *ult.* λύρας.

474. 18 in ed. Basil. est ἁρμονίηθε μερῶπις, culpa typothetarum. nam corrector id, quod verum et rectum erat, voluerat: ἁρμονίη θεμερῶπις, *harmonia amabilis, aut venerabilis.* Hesych. θεμερῶπις ἐρασμία ἀγχόνη. f. ἁρμονίη. ut ad hunc Empedoclis locum respexerit: vid. Bentleji Epist. critic. ad Millium p. 76. et Squire ad Plutarch. lib. de Iside p. 122. 19 Δηναίη. *tarditas, segnities, cessatio.* finxit hic Empedocles vocabula numinum, quibus rerum vires descripsit, oppo-

oppositas sibi invicem. *Celeritati* ergo, quam Θοῶσσαν sermone suo appellavit, opposuit Δηναίην, quasi dicas *Cessatricem*. 32 f. ὑπολείπῃ in 2 pers. medii, *si retromaneas*, neque ad me pervenias, aut ἐπιλείπῃς, *si desinas* velut aqua mihi fluere, aut ad me defluere. 44 πολλὰ ἤλπιζον] omisit Plutarchus alterum membrum hujus velut proverbii, ὀλίγα δ' ἔλαβον, *multa sperabam, pauca accepi*, aut leg. ἄλλα ἤλπιζον, ut etiam Salmasius scripserat. *ibid.* οἷον] f. οἷα, *quales et quantas cordis palpitationes adimunt.*

475. 9 εἰς δ' ἐκεῖνο. 10 ἐπὶ *in rebus extra nostrae voluntatis facultatem positis*, et sic quoque cod. Ald. et Basil. 29 ᾔδειν *novi*, aut εἶδον, *vidi*. quod etiam dat cod. Ald. et Basil. v. ad h. l. p. 467, *ult.* et Diog. Laërt. 2, 115. *penult.* ἐνέρτερον non placet, forte tamen bene habet et significat *extremam mali partem. ult.* ὑπέρσχῃ, ὃ τρέμων κάθηται. haec verba Plutarchi sunt, non poëtae. *quamdiu mali partem infimam tenere potest super fluctus eminentem, fugit quanta potest celeritate, contractis velis, non autem desidet tremens et metu artus conquassatus.*

476. 1 ἥδε ἡ τοῦ Φρ. *haec est sapientis ratio.* 5 Asclepiadam lyricum significat, de quo v. Fabric. B. Gr. p. 576. T. I. 18 αἱρετῆς. *partis optabilis et cuique convenientis.* 30 post δυσχερέστερον videtur aliquid deesse, e. c. ἐν τοῖς ἀβουλήτοις γυμνάζεσθαι. *forsitan quoque non valde molestum erit sese in casibus extra nostram optionem positis exercere.* deinde pro ἀνίαν leg. videtur ἀτονίαν, *debilitatem*. 50 f. σύνοιδα] subaudi

ἐμαυ-

ἐμαυτῷ. solet pronomen in hac dictione omitti. 53 δακνομένης et κολαζομένης. ult. aut prorsus delend. est ἢ, aut post ἠπιάλοις collocandum. Nam ἠπίαλος est febris cum rigore et frigore atque tremore conjuncta, et opponitur τῷ πυρετῷ, qui est calor febrilis, aut febris solummodo calida. v. Foesii *Oeconom. Hippocrat.* v. ἠπίαλος.

477. 15 λιβανώτρίδες sunt sacculi aut pyxides aromatum, in quibus thus, myrrha et alia suaveolentia sita aliquandiu et reposita fuerunt. 17 οὐκ expungendum. 22 τὸ Διογένους. scil. ῥῆμα. aut, si servetur τοῦ vulgatum, legendum erit ὅτι, loco ὡς. 32 f. ὧν ὑπολαμβάνοντα τὸν βίον. *quorum initiamentum esse hanc vitam oportet nos existimare, eaque fretos persuasione hilares esse.* nondum tamen satis intelligo dictionem ὧν μύησιν. vita enim non est initiamentum solis et astrorum et fluviorum aliarumque rerum naturalium. ὧν nequit ad aliud, quam ad *deos*, rediire. quare videtur aliquid excidisse. 39 aut πίνων, *potans* leg. aut πεινῇ vel πεινᾷ, *esurit.* 50 distinguo οὐκ ἔχουσιν, πόθεν? *nequeunt, et qui tandem queant?*

---

## DE AMORE FRATERNO.

478. 3 v. Palmer. Exerc. p. 223. 13 quis ille sit Aristarchus Theodecti, et num in iis, et quisnam eorum, quos Fabricius T. VII. B. G. p. 72. recenset claros Aristarchos, non novi. 21 Apollodorus *Bibl.* p. 129, 1. *edit. Galei:* κατέστησεν Ἠλείων στρατηγοὺς Εὔρυτον καὶ Κτέατον, συμφυεῖς,

φυεῖς, οἱ δυνάμει τοὺς τότε ἀνθρώπους ὑπερέβαλλον, παῖδες δὲ ἦσαν Μολιόνης καὶ Ἄκτορος. v. Fulv. Urſin. ad fragm. poët. lyric. p. 318.

479. 15 ſignificat Hegeſiſtratum, qui Mardonio ad Plataeas vates adfuit. atqui Herodotus IX, 36. eum non Arcada facit, ſed Eleum.

480. 12 ὅσους] l. οὓς. 25 Ἀπολλωνιάδα, ut Polybius p. 1433, 8. 31 hoc non concilio cum hiſtoria Perſica ab aliis tradita. neque ſenior Xerxes, neque junior habuit filium Ochum, ſed ille quidem a filio, Dario, aut Artapani Hyrcani inſidiis periit, hic autem a fratre, Sogdiano, peremtus eſt. v. Simſon ad A. M. 3540. et 3582. c. 37. v. p. 189, 30. et Palmer. l. c.

481. 5 ἡλίου] l. ἥδιον, *libenter*, ut jam ad Euripidae Phoeniſſas monui. 7 τῶν delend. 26 poſt αὖθις deeſt aut ἕνωσιν, aut ἑαυτοὺς, aut optanda lectio cod. quo Xylander uſus fuit ἀναλαμβάνοντας. 37 εἶδος] edit. Baſil. et cod. Xylandri habent εἰδείη. unde effici oportebat ἰδεῖν. error natus e ſimilitudine literae N cum litera H, quae in codd. manu exaratis maxima obtinet. reſpondet hoc ἰδεῖν ſequenti ἀκοῦσαι. 43 ληιστοὶ] dictio Homerica haec eſt. imitando expreſſit auctor illud Iliad. I, 406.

ληϊστοὶ μὲν γάρ τε βόες καὶ ἴφια μῆλα
κτητοὶ δὲ τρίποδες καὶ ἵππων ξανθὰ κάρηνα.

*praedando enim parabiles ſunt boves.* Pergit Homerus:

Ἀνδρὸς δὲ ψυχὴ πάλιν ἐλθεῖν οὔτε λεϊστή,
οὔθ' ἑλετὴ, ἐπεὶ ἄρ κεν ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων.

ubi

ubi scholiastes λεϊτὴ exponit ἐκ λείας λαμβανομένη, κτητή.

482. 7 Locum hunc aliter emendabam, antequam Xylandri notas inspicerem, sed jam video unice verum esse, quod ille suo ex cod. attulit, loco τὴν ἀρετὴν leg. esse τῶν ἁμαρτημάτων. 46 ἢ δοκοῦντας] subaudi ἁμαρτάνειν. 48 f. κουφοτέραν. redit enim ad ὀργή. 51 σεμνοτέραν suspectum. sententia flagitat ἑτοιμοτέραν, aut προθυμοτέραν. 53 locus est Il. K. 122. Agamemnon ibi de fratre Menelao loquitur.

483. 24 τὸν ἀδελφόν. 26 f. ἑταίρων. *amicorum, quorum alii aliter haereditatem inter fratres distribuunt.* Si de amicitia, non de haereditate locutus fuit Plutarchus, leg. erit ἑταίρων ἑτέροις ἑτέρως ἑαυτοὺς προσνεμόντων. 28 ἐπὶ] l. περὶ. 43 si bene habet διωγμοῖς, significabit *distractione*, agitatione et propulsione quaquaversum, hunc istac, alterum illac pellendo. modum omnem excedentes in pueris paternis distrahendis et quaquaversum agendis.

484. 16 ἐξαιρεῖν. 19 ἐστὶ] f. ἴστω. *sciat se fundamentum jecisse.* 20 πρὸς τὸν Λυδῶν βασιλέα. Croesum significat. 21 Isaacus Casaubonus et Menage ad Diog. Laërt. I, 75. pro εἰ malunt ἤ. Sed tota ratio hujus loci declarat εἰ recte habere. forsitan Plutarchus sic dedit. διπλάσια, εἶπεν, εἰ ἐβουλόμην, τοῦ ἀδελφοῦ, τοῦ πατρὸς τεθνηκότος. *duplo plus, quam frater, potuissem, si voluissem, ex haereditate a patre relicta ferre.* Diogenes auctores alios, alios Plutarchus secutus est. 24 aut ἢ delend. aut post. ἐγγίνεσθαι

θαι addendum εἰκός ἐστι. 40 forsitan huc pertinet, quod Cicero Offic. II, 16. ait, Lucullum cum fratre magnifica aedilitate fuisse defunctum. 47 f. ὥσπερ αὐτὸς, scil. σὺ quemadmodum tu ipse.

485. 2 distinguo ὡς τὸν ἐκ τῆς στοᾶς σοφὸν, ὁμοῦ καλὸν — patet ita distinguendum esse ex eo, quod vs. 4. opposita non incipiunt ab ἄσοφον, sed ab αἰσχρὸν. 4 ἄχαριν, ἀνελεύθερον, ἄτιμον, ἄπορον. ut respondeat ordini superiori. 5 λόγους. 9 ἵνα delend. jam supra idem vitium exscidimus. 18 ἐν πράξεσι φιλικαῖς] subaudi modo praemissum πολιτευόμενος. 29 infra p. 1061, 15. est εὐρυέδας et ἐδόμεθα. difficile est inter lectiones pariter bonas primas dispertire. Ibi tamen notandum loco ἐδόμεθα in ed. Basil. lacunam cum asterisco et solummodo μεθα esse. 47 κλειτοὶ. Ita est apud Homer. Il. ζ. 227. unde locus hic depromptus est. Loquitur ibi Diomedes et Glaucum hortatur ad pacem mutuam colendam, et cum eo amicitiam init. multos enim esse ait, praeter Glaucum, Trojanos, quos feriat, et rursus Glauco multos esse Graecos, quos impugnet, praeter se, Diomedem.

486. 2 ἑωμαλεώτατον. 3 Ἀντιπάτρου. Craterus enim Antipatri, non Antigoni, frater erat. 4 Probumne sit nomen *Perilai* haud dixerim. Iollam Cassandri fratrem fuisse novi. sed potuit adhuc alium habere, Perilaum dictum. 6 si bene habet dictio τὰ δεύτερα λέγειν, translata est a fabulis, ubi πρωταγωνισταὶ, δευτεραγωνισταὶ et τριταγωνισταὶ, de quibus v. Vales. ad Harpocrat. p. 293.

p. 293. *edit. Gronov.* mallem tamen τὰ δευτερεῖα ἔχειν. 15 suspecta est dictio πρὸς ἓν ἄθλημα κάμνοντες, quis ita dixit? potest tamen nihilominus proba esse. Fuit, quum κατιόντες conjicerem. *unius ejusdemque certaminis subeundi caussa in arenam descendentes.* 33 Atqui Demosthenes Chareta passim insectatus fuit in orationibus. Leosthenem Hyperides una cum reliquis Atheniensibus, qui bello Lamiaco ceciderant, oratione funebri laudavit. quo de sermone v. Fabric. B. Gr. T. I. p. 934. 43 Φαίη τις ἂν εὖ φρ.

487. 26 Καπίωνα. pariter in sequentibus Caepionis nomen est restituendum. Fuit ille frater Catonis Uticensis. vid. Plutarchi Vit. Caton. 35 Apollonium hunc Alexandrinum fuisse laudarique Simplicio credidit Jonsius 3, 9. Sotio ille forsitan est, cujus Διαδοχαῖς s. narrationes de successionibus scholarum philosophicarum creberrime laudat Diogen. Laërt. 52 Αἰδέψω. vid. Berckel. ad Stephan. Byzant. h. v. Erant apud Ædepsum, urbem Euboeae, fontes calidi, ob salubritatem celebres, quibus etiam Sulla fuit usus.

488. 1 Tyranni nomine videtur Domitianum significasse, sed nimis minuta est contentio Euboeensium inter se, quam ut eam dignam mentione habuerint scriptores rerum Romanarum istius aevi. quare obscura nobis facta est. Videri posset Vespasianum ab auctore fuisse designatum; nam ille Graeciam libertate a Nerone indulta rursus multavit. vid. Reimar. ad Dion. Cass. p. 1004. sed inducere in animum nequeo

Vespasianum a Plutarcho tyrannum fuisse appellatum. potius videtur eo tempore hunc libellum edidisse, quo tanto flagrabat odio Domitiani Romanus orbis, ut vel ejus nomen appellare tutum et licitum non esset. 10 προσήκοντες] subaudi ἑαυτοῖς. 20 ἐμβαλόντες. ob sequens ἀσπασάμενοι. 22 ἐπὶ βϑβῶνι] nascente bubone, non, *post natum bubonem*, 30 v. Herodot. 8, 89. et supra p. 173. 47 aut ὑπ' ἐκείνϑ, aut ἐπ' ἐκείνῳ. sed prius mallem.

489. 2 Antiochum, Hieracem dictum, et Seleucum Callinicum, fratres, significat, de quorum bellis mutuis v. Simson ad A. M. 3760. et infra p. 508, 34. 5 μητέρα] Laodicen puta, de qua v. idem Simson ad A. 3759. 29 αὐτῇ dividendum in duo vocab. ut αὖ τῇ exeat. 38 v. hac de re Liv. 42, 15. 47 Stratonice erat Ariarathis, Cappadocum regis, filia, quae Attalum quoque Eumeni pepererat. 52 χρόνον ἐκ ὀλίγον] a tempore accepti in Phocide vulneris ad mortem Eumenis intercesserunt anni quatuordecim. nam per insidias Persei vitae discrimen adiit Eumenes anno U. C. 582. desiit autem vivere A. U. 596. v. Simson ad illos annos.

490. 43 πρὸς ἄλλϑς ἀποςρέφϑσι.

491. 4 videtur aliquid hic deesse, si nihil aliud, saltim τὴν ante εὔνοιαν. *conferruminare et solidam facere*, ut alia, sic quoque *benevolentiam*. 14 γνωρίσεσι suspectum mihi quidem non est, sed est obscurum. significatne *familiari conversatione?* saue οἱ γνώριμοι sunt amici familiares. 46 καταδύωνται, *sese abdant, immergantur*.

492. 8 Φρυκτὲς] *tesseras cum inscriptis nominibus*, scil. candidatorum regni, aut regno gerendo idoneorum. Hesych. Φρυκτὸς, μάντις, κλῆρος, σύμβολος, πυρσός. Φρυκτὲς δελφὶς [f. Δελφοῖς *apud Delphos est*] κλῆρος. ἐχρῶντο δὲ τοῖς κλήροις μαντευόμενοι ἐν Ὀλυμπίᾳ. 25 εὔνοιαν ἀδελφιδῶν.

---

## DE CARITATE PROLIS.

493. 15 ὃν, καὶ τὰ τ. θ. 16 πολλὴν τῶν κατὰ φύσιν ἐκδιαίτησιν *aberrationes crebras a naturae viabus.* 24 τῶν ζώων] subaudi μᾶλλον ἕπεται. 25 f. ἐδωκεν ἑτέραν, ὥστε ὀρέξιν. 32 f. σαλεύει, καὶ, καθάπερ ὄνος, ὁδὸν — hujus conjecturae ansam mihi dedit Xylander.

494. 1 aut delendum περὶ, aut pro περινοεῖ leg. est πονεῖ, sed prius malim. 3 post αὐτῶν videtur ἑαυτῆ κρεῖττον vel κράτιστον excidisse. 11 f. ὡς ἁλιευτικὸν κύρτον. 13 τὰς ἀκάνθας. 14 ὅπως τυπτόμενον. 17 πέπλασται, et sic quoque Xylander. 22 ἐγκοιμωμένης. scil. τὲς σκύμνες. 39 ὡς accipi hic debet pro ὅτως, praecessit enim vs. 34. ὥσπερ. 51 προσερχόμενα. 52 ἢ] l. τι. 53 f. κύνας δὲ καὶ δράκοντας, et sic quoque reddidit Xylander. *penult.* aut τοιαῦτα leg. aut τὰ πάθη.

495. 4 f. μιᾶς γὰρ ἄνθρωπος, aut ἀνθρώπων τις, ut codex Petavianus habet, et Xylander suadet. 6 ἡ μήτηρ. 16 ἄξιος. 18 εἶναι delend. aut leg. καρπῶν ἐμφύει vel

 ἐκφύει,

ἐκφύει, aut ἐνέφυσε. 20 f. προερχόμενον. fed faepe πρὸ et πρὸς in compofitis permutantur. 27 φιλότεχνος. 28 ῥωπικὸν, *vile, triviale, levi opera, arte nulla factum.* utrumque jam Xylander obfervavit. 34 αὐτῆς] fcil. τῆς φύσεως. 40 ἀρότῳ. unico ρ. *arationi.* 43 verba ὁ γὰρ ὀμφαλὸς usque ad μέλλοντι fignis parenthefeos includenda funt, et tum καὶ poft μέλλοντι fequens eft delendum, quod etiam Bafileenfi deeft, aut alias dicendum erit, aliquid poft ῥιζώσεως γενομένης deeffe. 50 κυηθὲν, ut etiam Xylander. *penult.* aut deeft σύρριγγας vel πόρους poft οἷον, aut delendum eft ἤ.

496. 2 ἐκπέψαι *percoquere*, leg. effe jam Xylander vidit et cod. Petavianus confirmat. 3 δὴ] l. δὲ. 7 f. loco τῶν leg. eft ὄντων, ut fit ἀλλὰ τούτων γε, ὄντων τοσούτων. 13 ψεύδεται ὁ λέγων. 18 poft ἐοικὼς videtur aliquid deeffe, e. c. πρόεισι. οὐδενὸς. *trucidato, quam nato, fimilior in has prodit luminis auras. quem attingere nemo fere audeat, praeter eum, quem ei natura conciliat amicum.* οὐ non cum οὐδενὸς proximo, fed cum remotiore ἅψασθαι cohaeret. 20 praeclarus hic eft locus ad demonftrandam differentiam vocabulorum οὔθατα et μαστοί. illa funt tota regio mammarum, tota illa mollis et pendula atque fluctuans caro, in qua lac gignitur; μαστοὶ funt papillae mammillarum, quas infans lactens ore amplectitur. 23 τὸ νήπιον. fcil. τέκνον vel βρέφος. 27 f. οὔτε τροφεῖα ἔτι νέοις αὐτοῖς δανειζόμενα. *neque debitum alendorum parentum, a fe adhuc infantibus contractum. accipienda nutritione.*

*tione.* primi enim erant parentes, sponte nati, absque parentibus. vel potest quoque legi ὔτε τροφείων ἀνάγκη ἔτι νέοις αὐτοῖς δανειζομένων. *neque necessitas ipsis erat exsolvendi debiti alendorum parentum, a se contracti tum, quum adhuc infantes essent et a parentibus alerentur.* 35 f. τὸ νύγμα. 37 f. ἔτι τε θερμὴ vel καὶ ἔτι θερμή. 41 f. ἐπὶ πόνοις καὶ ταλαιπωρίαις. *eo animo eoque fine, ut labores et molestias in se susciperet tolerandas.* 44 post ἐκείνοις videtur excidisse ἐποιεῖτο: *cujus rei mercedis pendendae ergo*, aut *cujus utilitatis impetrandae spe atque cupidine has tantas molestias illi exantlabant?* 49 f. μακράν. *probitate et bonis moribus in aetate sitis, quae a puerili multum abest.* *penult.* ὧν ψελλιζόντων, aut ψελλιζόντων δέ.

497. 2 aut ὅτι ἔγραψεν leg. aut ὁ ἀνδριάντι Θεμιστοκλέυς ὑπέγραψεν [vel ἐπέγραψεν] Ἴδεθ' ὅση λύπη — *quod in Themistoclis statua sententiam hanc exaravit: videte, quantae moestitiae patri nunquam non sint liberi.* 3 παῖδας τρέφοντες. 8 μὴ βουλομένου. *nusquam terrarum invenire est hominem, qui nolit aliena accipere oblata.* ἀλλὰ ψωμιάς. 10 f. ἄθλιος ἦν Δαναὸς. 12 f. καὶ οὐχ ὁμοίως ἀχαρίστους. *neque tam ingratos, quam erant ejus filiae.* vel καὶ γὰρ οὐχ ὁμοίως οἱ παῖδες πρὸς τοὺς γονεῖς τοῖς ἄλλοις κληρονόμοις διάκεινται. οἱ μὲν γὰρ παῖδες τῆς κληρονομίας χάριν οὐδεμίαν ἔχουσιν. 15 facile est locum hunc vel absque literulae motu restituere ex Aristophanis *Equitibus* vs. 50, 51. ὦ δῆμε, λοῦσαι et ἔχε τριώβολον. 18 εὑρίσκει. 22 ἀγνοούμενον.

*ἐμένον*, *dives*, *cui haeres ignotus est*. et sic quoque reddidit Xylander. 27 γὰρ] l. δὲ. 28 ταῦτα] significat natura inditum homini amorem prolis. 30 aut λέγωμεν *dicamus*, aut λέξομεν *dicemus*. 31 restitui potest hic locus e Sophoclis Oedipo tyranno vs. 1285. ἤρασσ' ἐπαίρων βλέφαρα, φοίνιαι δ' ὁμοῦ — et tum addendi sunt tres proximi versus ejusdem fabulae, quos adscribere non tam Plutarchum piguit quam librarium, ut ex eo colligitur, quod Xylander ait in suo cod. post δομου vel δ' ὁμοῦ fuisse lacunam. 32 Cicero *Tuscul.* I, 34. *Hoc quidem a Cyrenaico Hegesia sic copiose disputatur, ut is a rege Ptolemaeo prohibitus esse dicatur illa in scholis dicere, quod multi his auditis, mortem sibi ipsi consciscerent.* v. Diog. Laërt. II, 86. et Valer. Max. VIII, 9. 35 ἐξιστάντα. redit enim ad πάθη. *affectiones mentis e natura sua hominem emoventis*. 39 ὡς πᾶσι κατὰ φύσιν.

Videtur coronis huic opusculo deesse, sive quod Plutarchus eam ipsi non imposuerit, sive quod ea injuria temporum, et casuum adversis, intercepta ad nos non pervenerit. Idem jam Xylandro suboluit. Juvat adhuc finem opusculi paucis verbis demonstrare. Epicureos impugnat tota haec disputatio, qui prolis amorem, ut sapiente indignam animi debilitatem, damnabant et e philosophia proscribebant, ut constat ex Arriani dissert. Epictet. I, 23. et nostri p. 1123, 6. conf. quae Vptonus ad dictum Arriani locum notavit.

SATIN

## SATIN UNA NEQUITIA VALEAT INFELICITATEM HOMINI CONSCISCERE?

498. Initium libelli deest, et quae nunc eum ordiuntur, corrupta sunt, soloque nequeunt ingenio emendari. 6 ἱδρῶτος διαπόντιε interpretor sudorem contractum ex itineribus in longe dissitas regiones ultra mare susceptis commercii causa. 12 ἄλυποι cum πρακτικοὶ non bene congruit. num igitur ἄϋπνοι, *indefessi*, vel ἄγρυπνοι, vel ἄτρυτοι, eodem sensu. 14 δι' αὐτῶν recte habet, *sua sponte*. 15 πόρπης] recte sic fuit emendatum. respicitur ad chlamydem, quae ab imperatoribus viris in toga sagoque praecipuis dari et injici solebat. 16 versus est e *Catalogo* 207. *Phylace* est nomen urbis in Thessalia. 18 ἐλπίζων] f. ἐλπίσιν. 22 f. ἡ κακία κακῶς διατίθησιν. 25 ἀλλ' οἱ μὲν τύραννοι. 27 ante ἀλόγε ψυχῆς deest aliquid, e. c. φόβητρα vel δείματα, *terriculamenta*, aut κολαστήρια, *instrumenta poenae*. 33 f. τὸν πόνον. *per rationem comprimat et cohibeat dolorem*. 43 προκηρύσσειν.

499. 2 f. πέδαις. *conquassatis pedicis verberantem vel circumsonantem aures hominis*. aut περιβάλλεσαν vel περιτιθεῖσαν *pedicas homini circumponentem*. nisi forsitan veteres quoque dixerint πέδαις τινὶ περικρούειν pro περιτιθέναι, ut nos quoque *umschlagen* dicimus, pro *anlegen*. 8 προβάτοις], id est, in caulis ovium, vel ovilibus. alii rem eandem narrantes βαλανείοις substituunt,

 v. Me-

v. Menage ad Diog. Laërt. 6, 95. 19 praefero ὁ Ῥωμαίων ςρατηγὸς. 20 recte Basil. πυρὰν νήσας, ut etiam Xylander correxit. Decios, patrem et filium, se pro salute patriae devovisse, loquitur Romana historia, sed in rogum ascendisse et Saturno se immolasse, nemo est veterum, qui quidem hodie supersunt, qui tradat, prater Plutarchum, cujus in rebus Romanis peritia non magni fit. 32 v. Herodot. IV, 72. 36 ἀτρέπτους, *pertinaces, rigidos*. 42 κακίᾳ in Dativo, vel ἐκ κακίας. 43 f. ὁ παρθικὸς ὀπὸς. *asa foetida*. v. Salmas. Homonym. Hyles Jatricae p. 144. 45 τετρωμένοις. *si inferatur in zetam, in qua vulnerati sunt.* 51 πόθεν; *unde? qui fiat hoc?* οὐ τραχὺ — et sic quoque jam Xylander emendavit. *penult.* Καλλίζενον ἐπάγει συκοφάντην, οὐκ ἀφ.

500. 1 aut εὐφορῦντας leg. cum edit. Basil. *qui aetatem bene ferunt*, aut εὐροῦντας, *quibus omnia ex voto prospere succedunt*, aut εὐθηνοῦντας *florentes* corpore et opibus. 2 forte sic ordinanda et distinguenda sunt verba: κληρονομοῦντας, ἐν γῇ ἐνδέδυκε, διὰ θαλάττης προσπέφυκε. 4 διασύρουσα τοῖς ὀφθαλμοῖς significat, *objectis variis spectaculis oculos eorum quaquaversum alliciens et distrahens, atque tam ad mirandum, quam ad appetendum sollicitans.*

---

## MENTISNE AN CORPORIS VITIA PEJORA SINT?

500. 9 συγκρίνωμεν. 12 f. τὴν τύχην. corporis enim quae cuique contigit, seu bona et laudabilis,

dabilis, seu vitiosa et morbosa constitutio, ea fortunae opus et donum est; at quae ex animo proveniunt, ea ipsius sunt hominis. caetera omnia aliena ab eo sunt. male igitur Xylander lectionem probam τύχην, quam ipsi suus cod. praestabat, repudiavit. 14 αὐτῆς. 16 ἄσφυκτον. et sic quoque Salmasius. *turbas non ciens, non tumultuans, quietum.* v. ad p. 444, 31. et 510, 5. 21 εὐτροπία aliud quid est, quam sententia loci hujus fert, scil. *laudabilis morum ratio et institutio.* leg. igitur εὐστροφίαν *facilitatem se rebus quibusque occurrentibus accommodandi.* 22 f. λέγοιμεν ἂν ἂν ἡμῖν. *pari modo haud male nos quoque nobis dixerimus.*

501. 2 αὐτοί τε πυρετοὶ οἱ συντείναντες. aut αὐτῶν τε πυρετῶν οἱ συντ. 14 ἐπεὶ τούτῳ. et sic quoque Xylander. 18 post κεφαλὴν videtur aliquis Infinit. deesse, e. c. κεῖραι vel λοῦσαι, vel ἐμβρέχειν, vel καταιονεῖν, vel καταπλάττειν. 35 βαρύτεροι, οἱ στείλασθαι. 36 post ἀλλὰ deest aliquid, e. c. ταράττοντες, vel ἐλαύνοντες, ἕως — 39 f. καὶ τούτους. 46 Λυδίων] *aurum* puta. Pactolus enim aurum fert. videtur dictio e Pindaro desumta esse.

Libellus hic fine carere videtur. quare autem opusculum hoc Plutarcho indignum atque suppositum visum Xylandro fuerit, non intelligo.

---

## DE GARRVLITATE.

502. 27 Salmasius corrigit πολλ' ἔχει σιγὴ καλά. 37 praemisit τοῖς ἀδολέσχοις. quare leg.

leg. videtur προσφοιτῶντας, nisi, e vs. *ultimo* λάλον adsciscere et subaudire malis.

503. 25 ἀνειλῆται potest defendi et exponi *revolvi* et *reflecti se non patiatur*. cogitavi tamen aliquando ἀναστέλλεται. *comprimi se et in ordinem cogi non patiatur*. 47 f. ὡς δὴ καὶ γέλωτος καὶ ὀρχήσεως ἐδὲν ἄχαρι ποιέσης.

504. 9 f. διὰ τῦτο δὲ καλῶς. 10 mallem καὶ abesse. 36 ad h. l. conf. Leopardi Emendat. 13, 11. 38 ὑπομιμνήσκωμεν in Subjunctivo, et sic quoque Salmasius.

505. 20 ὦ Σύλλα, id interjectum, ut rei praesenti congruum, veteri jambo συκάμινον ἔσθ' ἀλφίτω πεπ. 23 rem paullo aliter narrat Tacitus Annal. 15, 48. sq. 37 Zeno, non Cittieus, sed Eleates. v. Cic. Tuscul. II, 22. et Nat. Deor. 3, 33. et Menage ad Diog. Laërt. IX, 25. 39 τῷ τυράννῳ] significat Nearchum Mysum Eleatarum tyrannum, aut Demylum, ut eum alii appellant. v. Menage d. l. 40 γέρας, ἢ ἑταίρας.

506. 15 τῶν ἑταίρων. et sic quoque Salmasius. 20 f. ἐ λέλοιπεν. aut ἐκ ἀπολέλοιπεν. 31 f. ἐκ ἐπίσευεν. *non igitur existimandum est, Antigonum cum filio noluisse rem aliquam silentio premendam communicare, sed potius eum docere voluit* — ea vis est particulae μὲν ἐν, ut significet *quin, imo vero*. 33 ὁ γέρων] significat Q. Caecilium Metellum, de quo Liv. 40, 45. conf. nostri p. hoc de strategemate nil habet Diodor. Sic. 18, 30. ubi hac de pugna narrat.

507. 16 εἰπὼν] enallage casus. Nominativus locum Genitivi consequentiae obtinet. 43 γέγονε γὰρ

γάρ τι καινόν? *ain vero novi aliquid accidisse?* resp. ἀλλὰ κόρυδος — *atqui alauda.* Adumbratus est hic locus ad illum Demosthenis Philippica prima cap. 5. p. 14, 3. edit. *Mounteney.*

508. 1 quis ille sit Fulvius, nondum inveni. Fulvium pro Fabio appellatum a Plutarcho per memoriae errorem fuisse volunt Rualdus animadv. ad Plutarch. 45. et Reimar. ad Dion. Cass. pag. 1166. 3 significat L. et C. Caesares, Augusti e filia Julia et M. Vipsanio Agrippa nepotes, quos *in duodeviginti mensium spatio amisit ambos*, auctore Sueton. *August.* c. 65. Porro pro Ποσυμίυ leg. est Ποσύμυ, idque non proprium nomen, sed ex casu impositum cognomen tertii Agrippae, e Vipsanio et Julia nati, fuit, de quo v. Sueton. d. l. Dio Cass. p. 829. Tacit. Annal. I, 5. et 6. 5 significat Tiberium Neronem, qui Augusto successit. 21 Λυσιμάχυ, καὶ λέγοντος πρὸς αὐτόν, Ξένος — 27 hic versus et totus hic locus mihi obscurus, neque placent tot diversi generis similitudines accumulatae. 28 κατέχειν δύνανται.

509. 3 ὥσπερ καὶ αὐτὸς. 23 τὸν δημόσιον] subaudi δῦλον. praecipiunt quidem grammatici δήμιον eo sensu dici; sed obstant tot numero exempla. v. Wesseling. ad Diod. Sic. I, 624, 85. 31 Falsus fuit Salmasius pro ὅτῃ corrigens ὅτι. vid. Sophoclis *Antigon.* vs. 324. ubi locus hic exstat. 49 v. F. Ursini fragm. poët. lyr. p. 121.

510. 14 Potest vulgata defendi, si παρελθὼν accipiatur pro *in medium procedens.* mihi tamen quoque lectio, quam Xylandro suus codex suggessit

gessit, etiam in mentem venerat, juxta quam, omisso ἢ, significat παρελθὼν, *omittens, praeteriens.* 18 ὁ βασιλεὺς] Philippus Macedoniae puta. non succurrit nunc, qua ex Orat. Demosthenis petitus hic sit locus. 35 recte locum hunc Xylander e cod. suo manu exarato emendavit. 52 f. καὶ τὸ delend. aut alias leg. τὸ παχὺ καὶ τὸ γεῶδες. *penult.* f. συνδιαπονούμενος.

511. 1 προβάλλειν *ante oculos ponere.* 35 Πούπιος. absque λ. est enim M. Pupius Piso Calpurnianus, de quo v. Cl. Ernesti Clav. Ciceron. h. v. *penult.* μὴ] l. μὲν. et sic quoque Salmasius.

512. 17 προσδεχομένοντα. 22 ὡς ἐπὶ κλῆσιν. *tanquam ad convivium alienum.* κλῆσις est *invitatio ad convivium*, inde *convivium ipsum*. potest quoque legi ὡς ἐπὶ κτῆσιν, *tanquam ad peculium alterius.* 33 potest vulgata ferri et exponi *aggrediuntur eos.* mallem tamen προβάλλουσι, *proponunt*, scil. *quaestiones, istiusmodi hominibus.* 42 sic distinguo et lego: πολλάκις, ὑπὸ σπουδῆς ἄλλας ἀντ' ἄλλων ἀποκρίσεις διδόντα. praecessit enim αὐτὸς et ἀποκρινέσθαι. Adverbium πολλάκις hic loci *forsitan* significat.

513. 26 f. τοῦ μεγέθους. 28 v. Casaubon. ad Diogen. Laërt. 4, 63. 41 Salmasius praecipit προηχθῆναι, me non probante. 52 πρὸς ἀψυχά γε περὶ αὐτῶν. *penult.* loco καὶ aut σὺ leg. est, aut κ' εἶ, *et res.* porro εἰ ταύτῃ. *et es deorum maximus, si ei*, Bacchidi puta, *is esse videris.* εἰ ταύτῃ etiam Salmasius correxerat.

514. 1 ἀλλ' ὁ μᾶλλον. 20 μισθὸν αὐτῷ δοῦναι

τῷ

τῷ [vel τὸ] μικρὸν σιωπῆσαι. 30 Antipatrum Tarsensem significat. vid. Fabric. B. Gr. T. II. p. 387. 45 potest ἀπαίζει defendi. *quorsum tendit hic sermo?* forsitan tamen dedit auctor ἀσπαίρει. *quam ad rem palpitat*, hoc est, *ruit impos sui?* 47 f. πιέζον, ut ad βάρος redeat. 52 aut οὔτε, aut μήτε iterandum, ut conformis sibi fiat oratio.

515. 4 praefero quod in Xylandri cod. item Turneb. Vulcob. et Bongars. erat, ἀποβιαζόμενοι.

---

# DE INTEMPESTIVA SEDVLITATE, VEL DE TVRPI ALIENORVM MALORVM SCISCITATIONE.

11 Χαίρωνος] v. Pausan. p. 793. *ult.* 13 ἐκπνεύσασιν aut ἐπιπνεύσασιν. 17 ἄμως γέπως. 25 in hoc, nescio cujus poëtae, versu mihi obscurum et suspectum manet κατ' ἀλίζονος. at id video, ὅσσον ὕδωρ et ἀμφιπετήλου leg. esse *quantum defluit aquae de — et de ilice folia sua et ramos late expandente.* 27 ἐν τῷ σῷ βίῳ. 29 ἴδιον μὲν εἶναι τῶν ἀμφὶ θυσίας σκευῶν, ἴδιον δὲ τῶν ἀμφὶ δεῖπνα τόπον. Locus Xenophontis est libelli de administranda re familiari c. 8. 34 θυρίδας καὶ κοίτας παρόδους *curiositati vias ad fenestras et cubilia vicinorum obstrue.*

516. 1 aut cum edit. Aldin. et Basil. leg. est ἐπιτίθεσθαι, aut potius ἐναποτίθεσθαι *rursus reponere in orbita oculos.* 4 περιπταίομεν. 5 post

ἐχθροῖς

ἀχθεροῖς videtur excidisse ἢ ἑαυτῷ. 42 post συγκεκαλυμμένον videtur aliquid deesse, i. e. c. ὃ σε δεῖ ἀγνοεῖν, λέγοντος. διὰ τοῦτο γὰρ συγκεκάλυπται. *fero id, quod te ignorare oportet. nam eo fini opertum est*, ut tu scil. ignores, quid sit, aut deest κακὸν, εἰπόντος. διὰ τοῦτο καὶ συγκεκάλυπται. *fero malum. et propterea quoque opertum est*. favent ei conjecturae sequentia. 44 recte dat Basil. et Salmasius κόψαντα, et id quoque interpres reddidit. 46 f. κρουόμενα προσισταμένου ταῖς θύραις. *pulsati marculi significabant foribus adstantem.*

517. 4 versus est ex Aristophanis *Equit.* 79. 6 aut παντοῖα πράγματα, aut πάντων τὰ πράγματα. 11 aut περικεχυμένην leg. aut ἁπάντων *super omnes defusam*. 21 φοβερὸν δ' ἐστὶ. 25 μέλαν τοῦτο. 37 ἀπόρρητα μέν ἐστι. 52 f. ἡγεμονιῶν.

518. 7 ἀδελφῶν non solum ad στάσιν, sed etiam ad δίκης παρασκευὴν pertinet. *si audiat fratres paratos esse litem in forum adversus sese ferre, aut alio modo discordare*. 35 παραδακτύλιον, uno vocabulo, aut παρὰ δάκτυλον.

519. 6 μετακεκομίσθαι rectum est et debebat servari. 22 πάραλυσις vocab. eleganter hic adhibitum usurpatur de literis, quae ab aliis, quos id non decebat, clam aperiuntur. v. p. 522, 48. de φθορὰ addubito, sitne potius φώρασις legendum. *penult.* f. πρὸς τὴν τοῦ πάθους ἀποτροπήν. v. p. 520, 31.

520. 6 non intelligo quid sibi velit, aut qui locum habere queat Xylandri conjectura προσπαίη.

*παίη*. recte habet vulgata *προςαίη*. *odio sit et abominationi.* *προςίςασθαι* saepius usurpat Plutarchus pro *aversari, abhorrere, fugere, devitare.* ut p. 629, 31. 25 *ἀποφύλιον ab indole et natura nostra abhorrens.* 26 post *τέρας* deest aliquid, e. c. *τέως μὲν ἥδονται*, aut *πρὸς βραχὺ μὲν χαίρουσιν.* 39 f. *ἐπιγράμματα.* 49 *θηρείων*, id est *θηρειείων. ad animalia pertinentium.*

521. 4 f. *τῇ ὄψει* delend. nam non bene constare potest cum sequente *τῇ περιεργίᾳ.* 6 primum *ἢ* delend. aut cum *τὸ* permutandum. 9 f. *τὰ γὰρ πολλὰ τῶν ἐν οἰκίαις τοιαῦτα· σκευάρια.* 10 f. *καθεζόμενα καὶ κλαίοντα, σπουδαῖον δ' οὐδὲν.* 22 *αὐτοῖς, καὶ ταχὺ* [id est *ταχέως*] *διαγγέλλειν.* 24 locus est Electrae vs. 726. conf. Pauli Leopardi Emend. I, 19. 26 *ὥσπερ ἐλέγομεν, ut dicebamus. penult.* historia exstat initio libri quinti Cyropaediae.

522. 2 f. post *αὐτὴν* deest *σχολάζων.* sed non consentit Xenopho. 8 *ἐπιβάλλοντες.* 13 f. *σωφροσύνης*, subaudito e praemissis *ἄσκησιν.* non tamen id valde necessarium est. 37 f. *μᾶλλον εἰπεῖν. χρήσιμον, potius interrogare: Habesne, quod dicas, utile?* 44 *ἐφ' ᾧ quam ob rem.*

523. 5 *ἢ*] l. *τι.*

---

## DE CVPIDITATE DIVITIARVM.

524. 1 *σιτῶνες* proprie sunt *horrea frumenti*, sed hic loci significat illud vocab. *arva consita.* dubito, an satis Graecae linguae convenienter.

ἀέρτρας rectius dixisset. Cogitavi aliquando συκῶνες *horti ficuum.* sed et hoc insolens. de mulabus Galaticis vel Gallicis nihil invenio. Si Liguria et Reate Galliae Cisalpinae nomine comprehendi possunt, huc referas licet mulos Γεννήνες, genus Ligusticum, et Reatinos, quos laudat Strabo p. 310. et 349. 23 πορίζοντων suspectum. num πορίζομένων, *eorum, qui vitae praesidia sibi comparare student.* 31 ἔλιγμα πλάγιον dudum non intellexi, et quaero adhuc, qui me, quid sit, doceat.

525. „ 1 παρ' ἐμοὶ γὰρ ἐςιν ἔνδον. ἔξεστιν δέ μοι, Καὶ βέλομαι τȣτ', ȣ ποιῶ δὲ — sunt versus Menandri ex ipsius Thrasonide.„ SALMASIVS. 15 Hic ille est Stratonicus citharoedus, facetus homo, de quo multa Athenaeus pag. 347. seq. narrat. 25 διαπεπραγμένȣ forte recte habet. *confecti*, h. e. perempti, et contruncati, in quo quod faciat lanio vel popa nihil jam habet reliquum. Cogitavi tamen διαπεπραμένȣ, *divenditi.* cujus omnes reliquae partes praeter linguam et intestina sunt divenditae. 33 „ ὦ ταλαίπωρε, τίς ἀνάγκη; ἡ Σαπραγόρα προὶξ. ita scrib. Sapragoras pater illius deformis.„ SALMAS. f. σαπρὰ γὰρ ἁ προὶξ. *nam putida est dos.* Dotem appellabat ipsam mulierem, quia mulieres cum dote maritis collocari solent. Novi quae Samueli Petito fuerit hoc de loco sententia, in Miscellan. IV. c. 5. proposita. At quum similis sit haec conjectura reliquis ejus, operae pretium non duco eam referre. deinde videtur leg. ἁ δὲ σὺ κυνεῖς. *quae autem tu misces, o miser,*

verba

verba καὶ ὑφάπτεις aut corrupta sunt, aut mihi certe obscura. Cogitavi aliquando καὶ ἐφ' ἃ ἄττεις *et ad quae ruis*, aut subsilis impetuosa tua cupiditate. 34 cogitabam τὰς βασιλεῖς ἔα πορίζεσθαι leg. esse, antequam e Xylandri annotatione ad h. l. intelligerem δεῖ e cod. manu exarato inserendum esse post βασιλεῖς. 36 post ἀνάγκη deest ταῦτα συνάγειν, vel κεκτῆσθαι, vel simile quid. 39 f. πράγματά σοι παρέχεις.

526. 10 οὐκ ἐστι. 14 f. κἀκεῖνοι τοῖς ἑαυτῶν παισὶν. 22 ἂν delend. 23 οἷς] l. οὓς. 43 Verba ὅτι ἀκούοντές τι μανθάνουσιν aeque mihi, atque Xylandro, crucem figunt. 46 κολοφῶν necesse est ut aliquid e palaestra petitum significarit, instrumentum aliquod exercitii gymnastici. 51 πόθεν ἐμοὶ] scil. γένοιτο τοῦτο; *unde mihi contingat hoc?* solent tamen auctores ἐμοὶ plerumque omittere.

527. 4 Φήσει. ob sequens Φήσομεν. 12 probo supplementum codicis, quo Xylander usus fuit; sed pro ἐστὶ leg. est ἦν, *esset*, v. p. 528, 7. 14 f. Ἀθηναίων ὤν. 48 sermo est prosaicus. 53 f. θεατῶν δεομένην, ἢ μαρτύρων. *quae spectatoribus et testibus opus habet, aut alioquin nulla est.* Supplementum, quod Xylander e suo cod. profert, potest abesse, neque valde desiderabitur, quamvis neque officiat, si adsit.

528. 2 distinguo et lego σύνοικον, αὐτὴ ἑαυτῆς ἀντιλαμβανομένη τἀγαθοῦ. *ipsa suis bonis gaudens.* et sic quoque cod. Xylandri. Constructio est: αὐτὴ ἀντιλαμβανομένη τοῦ ἑαυτῆς ἀγαθοῦ. 4 ἀλήθεια in Nominativo. *quo perti-*

*nent virtus, veritas. pulcherrimae disciplinae mathematicae.* 9 Salmasius deleto ἐν e Θείναις efficiebat Θυΐναις e *thyja* vel *thuja* factis, hoc est *citrinis mensis.* quod approbare et diligenter commendare, momentum non haesito. suspicor tamen etiam in ἐν aliquid latere reliquiarum veteris lectionis. num igitur scripsit auctor ταῖς ἐβενίναις ἢ Θυΐναις. *ex ebeno aut thuja factis.* v. Salmas. Exercit. Plin. p. 660. qui etiam in notis ad Plutarchum hic loci leg. esse Θυΐναις, *citrinis* monuerat. idem vs. 12. συγκροτῆται corrigebat. 13 desumtus est hic locus ex Iliad. ψ. cujus hic est vs. 259. νηῶν δ' ἔκφερ' ἄεθλα, λέβητάς τε τρίποδάς τε. 17 f. καὶ εὐψυχίας vel εὐθυμίας.

---

## DE VITIOSA VERECVNDIA.

529. „5 ἐν δὲ—] versus Timonis Sillographi de Anaxarcho.„ SALMAS. 9 ἧς] f. ἣ *quapropter.* 10 κόλουσις. SALMAS. 11 αὐτόθεν est quod nos vulgariter dicimus, *immediate*, suismet ipse manibus, non alio utens instrumento, per quod finem suum, sed per ambages, obtinet, ut est e. c. ignis in agrum immissus. 24 βασανίζουσι] *vexant.* SALMAS. 28 comma pone κινεῖν revocandum, quemadmodum Salmasius quoque distinxerat. 39 βλάπτον. 48 γε] f. τε.

530. 14 f. χρήματα. 17 παρὰ τὰ πράγματα. 36 vid. Palmer. Exerc. pag. 223. 40 ὑπέκβαλε suspectum. ego equidem quid sibi

velit,

velit, haud intelligo. 44 comma post ὂν retrahendum. 50 de Laso Hermionense v. auctores, quos Fabricius laudavit B. Gr. T. I. p. 102.

531. 18 ὀδὲν ἂν οἶμαι. 22 signum interrogationis ad finem versus promovendum et post γελοίως collocandum. 46 Βίωνος leg. esse et vs. 47 Βίωνι, monuit Casaubonus ad Diogen. Laërt. 4, 48. v. Wesseling ad Simsoni Chron. p. 3764.

532, 7 f. παραιρεῖται τὸ συμφέρον τὸν λογισμόν. *adimit ratiocinio cognitionem utilis*: etiam Xylandri cod. παραιρεῖται habet. 11 recte dat Basil. οἰκείου τινὸς, ἢ συγγενοῦς. 22 si bene habet τὸν ἄρτιον, subauditur ἀριθμὸν, sed mallem τὸ ἄρτιον, scil. χρῆμα. 25 ἢ τὸν προσδραμόντα. 41 postremum περὶ delendum. *super nuptiis aut filiae aut sororis.*

533. 10 de Persaeo, Zenonis discipulo, v. Fabric. B. Gr. T. II. p. 407. 35 μὲν delendum. quamvis enim in versu Euripidae sit, hic tamen est inutile. 46 οὐκ οἶδεν. *non novit nos.*

534. 8 ὅπλον. et sic quoque Salmasius. 18 forsitan est illa Lysimacha, quam nominat Pausanias pag. 65, 2. 20 ἐγχέαι] subaudi τοῦ οἴνου. *sibi vinum praeberi flagitantibus.* 21 Ἀντίγονος] Gonnatas puta v. p. 183. 26 f. δυσαπότριπτοι. 44 ποδὸς] prosodiaci puta. 46 τὰ κάκιστα aut τὰ αἴσχιστα. prius exhibet edit. Basil, quare in eo acquiescendum.

535. 7 hoc de Nicostrato vid. Wesseling ad Diod. Sic. II. p. 115, 94. 14 probo e Xylandri cod. prolatum περὶ, loco πρὸς. 27 post ἄλλοις videtur διδόντες, vel νέμοντες, vel περιποιοῦν-

 ποιοῦν-

*ποιȣ̃ντες*, vel ſimile quid deeſſe. 40 *καὶ* ſaepe ante numeros, quo etiam *ἀμφότεροι* pertinet, abundat; videtur tamen hic loci poſt *καὶ* Infinitivus deſiderari, e. c. *ἀντιβαίνειν*, vel ſimilis. Thucydidae locus eſt L. II, 54. p. 138, 53. 43 *ἐπὶ τοῖς μεγίϛοις*. 44 *ȣ̓* delend. 45 *τι*] l. *τινὶ*.

536. 6 Eſt Bio Boryſthenita, de quo praeter Diog. Laërt. vid. Fabric. T. II. B. Gr. pag. 54. 7 *ἀπὸ τῶν ὤτων*. 8 de Alexino Eleo, quam rixandi ſtudium ita nobilitavit, ut Elexinus appellaretur, vid. Diogen. Laërt. II, 109. Noſtri p. 1063, 3. et Fabric. l. c. p. 184. 9 f. *πολλὰ καὶ φαῦλα*. Graecorum ſane ille mos eſt, ut *καὶ* poſt *πολλὰ* adjiciant, licet ſit ſuperfluum. 17 Antiſthenis Athenienſis Herculem geminum, imo, ut videtur, tergeminum, libros Herculis nomine inſcriptos, unum majorem *ἢ περὶ ἰσχύος*, alterum *Ἡρακλῆς ἢ Μίδας*, memorat Diogen. Laërt. VI, 16. porro poſt *παρῄνει*, non poſt *παισὶ*, collocandum eſt comma. 31 *ȣ̃τω καὶ οἱ τὰ* —

---

## DE INVIDIA ET ODIO.

536. 1 *ȣ̃τω* indicat praemiſſa quaedam olim fuiſſe, quae hodie deſiderantur. 3 f. *πολύγλωχιν* [aut *πολυσχιδὲς*] *ἄγκιϛρον*. 12 poſt *ἐὰν* deeſt aliquid. pro *μεταδιώξωμεν* videtur leg. eſſe *μεταδιδάξωμεν*. *diverſa iis, quae antea tradidimus, doceamus*. evertamus ſuperius diſputata demonſtrandis affectuum amborum differentiis.

537. 1 *καὶ γὰρ οἱ ἀδικεῖσθαι δόξαντες, αὐ-*

*τοὶ*

τόν τε πεφύκασι τὰς ἀδικήσαντας μισεῖν. 6 non video, quid sibi velit πρὸς αὐτὰν. aut delendum est, aut cum προσαυτῶν mutandum. 10 μῦς] ex iis, quae statim de Arabibus et Æthiopibus addit, liquet leg. esse ὗς, *porcos*, non *mures*. 11 ὁμᾶ τι γὰρ. 17 vulgata potest ferri. *et bello sese invicem aggrediuntur, ut parum fidos, a quibus nil fit, quod non metuant.* Cogitavi tamen aliquando καὶ πολέμας πολεμᾶσιν ὥσπερ ἀσπένδας τινὰς *et bella gerunt, in quibus neque denuntiatio, neque induciae, vel foedera locum habent.* 20 comma post μίξης ponendum. 21 εἰκὸς δὲ. 23 ἐγγεγεννηκέναι. *ibid.* post δεδίασι aut deest, aut subaudiri debet τᾶτο. 28 ὡς delend.. 29 post καλῶμεν deest aliquid, e. c. καὶ τοῖς αὐτῶν γνωρίμοις δυσχεραίνομεν. 45 ἀπόῤῥητον ὄν. et ταῦτα ἃ τοῖς αὐτοῖς: *non iisdem rebus.* 46 πεφυκέναι.

538. 3 μήτε λυομένοις. 4 simile exemplum ignominiae erga proditores demonstratae habet Polybius, sed memoria locum nunc statim non suggerit. 6 aliquid e Plutarcho huic simile habet Stobaeus p. 224. nescio an e libro deperdito sumtum. 7 εἰκὸς. 20 καὶ ταύτῃ, *etiam hac ratione, etiam hac ex parte.* 27 Thucydidae locus est I, 42. p. 32, 11. 38 κακῶς ποιῆσαι κατὰ δύναμιν, ἢ καὶ τὸ μῖσος ὅτως ὁρίζονται: *inimici voluntas est aegre tibi, quantum possit, facere, quapropter etiam odium ita definiunt, esse rationem mentis, quae occasiones male faciendi observet et captet.* 41 post ἐπιτηρητικὴν deesse videtur τῶν ἀφορμῶν.

## DE RATIONE SEMET ABSQVE INVIDIA LAVDANDI.

539. 19 hoc de Timotheo Milesio celebri musico et tragico, v. Fabric. B. Gr. T. I. p. 694. at quis ille Phrynis fuit, de quo nil reperio? 37 ante τῶν ἀληθῶν aut ἀληθινῶν, ut est in edit. Basil. deest aliquid. 38 si abessent verba ἢ διαπράξασθαί τι τῶν ὁμοίων, rectum esset μὴ φειδόμενον εἰπεῖν. jam vero aut leg. est μὴ μᾶλλον φείδεσθαι εἰπεῖν, aut desunt quaedam. *ult.* ἂν] l. ἀνήρ. post ἑτέρας τινὰς videtur αἰτίας deesse.

540. 2 post εἴ τι χρήσιμον ἔχει videtur τὸ πρᾶγμα excidisse. 8 ἑτέρων. 25 leguntur haec verba apud Thucydid. II, 60. p. 135, 31. 33 ἐπιμαρτυρεῖν. 45 locus est Iliad. Δ. 405. et alter sequens eadem Iliad. vs. 370. 49 ὑπὲρ τοῦ φίλου] Diomede puta, quem Agamemnon illo sermone, qui a vs. 370. incipit, objurgaverat, et imbellem appellaverat. *penult.* πᾶσιν ἀνθρώποις] subaudi τὰς δίκας.

541. 9 περιπατεῖν, ut etiam Xylander reddidit, et Petrus Faber Agonist. I, 12. correxit. 13 notaverat Salmasius πύκτης ὅπως εἰς χεῖρας hemistichium Sophoclis esse. Locum e Trachiniis sumtum esse, notarat jam ante eum Guil. Canter. Nov. Lect. 4, 7. et Faber l. c. Est vs. 448. illius fabulae. 22 εἶπεν, ὦ οὗτος. *o tu, quodcunque tibi nomen fuerit.* 38 aut ἔτι leg. est pro ὅτι, aut τί, *quam ob rem?*

542. 16 f. τὸ τὸν τοῦ λέγοντος. scil. ἔπαινον. *subrepit auditori clam id, quod laudes dicentis libenter*

*bentler admittit, una cum laudibus ipsius audientis in ejus animum se insinuans.* 18 δι' ὃν aut δι' ȣ̓. 28 f. ἐπιγινώσκει γὰρ εὐθὺς ἐν τῷ λέγοντι, κἂν περὶ ἄλλȣ λέγῃ, δι' ὁμοιότητα, ἀρετὴν, τῶν αὐτῶν — *agnoscit enim auditor in dicente, etiamsi de alio quoquam dicat, ob paritatem* [animorum et institutorum] *virtutem dignam iisdem laudibus.* 35 f. Σανδρόκοττος. Sandrocottus fuit rex Indorum. v. Strabon. p. 1028. et 1035. Athen. p. 530. Arrian. p. 203. Vit. Alex. 42 f. Φορτίȣ, *oneris.* 44 Iliad. X, 379. 53 f. ἀναγορεύσας. *ult.* παρ' αὐτȣ̀ς. *propter se, culpa sua.*

543. 20 δυσφορȣ̃ντες, ut etiam Xylander et ejus codex manu exaratus. 42 quinam fuerint illi reges, qui cognomen Θεοφιλὴς adsciverint, non memini, neque puto exemplum ejus rei in historia prostare. *ult.* εἰπὼν] ergone in Plutarchi codd. Homeri alius versuum ordo fuit. in nostris quidem Il. ψ. 670. praecedit excusatio et indicium defectuum, quibus se laborare fatetur Epeus, et tum sequitur illa thrasonica jactatio, Ἀντικρὺ χρόα τε ῥήξω σύν τ' ὀςε' ἀράξω; unde integrandus est nostri locus sic: ὡς ἀντικρὺ χρόα τε ῥήξει, σύν τ' ὀςε' ἀράξει. *ibid.* „ἄλλις] videtur ἄλλης legisse Amiotus. v. Lycophron. p. et Catal. p. „ SALMAS.

544. 4 ἀκρασίαν, *intemperantiam*, studium immodicum. 6 Odyss. M. 192. et alter sequens locus est Odyss. I, 228. 26 f. πῶς δ' ȣ̓ φρονόιην, *et qui tandem spiritus non geram altos? penult.* Il. A. 260.

545. 16 Κῶν suspectum. nam Cos insula nimium


mium

mium distat a Macedonia, prope quam illud proelium contigit. Conf. p. 183. et Simson ad A. M. 3723. 23 Odyss. M. 209. 48 v. Fabric. B. Gr. T. I. p. 692. 50 ἂν] l. γῦν.

546. 21 f. καὶ τόπυς. 29 ἐξαίθει. accendit, inflammat; ut vs. 29 ἐκκαίει.

547. 3 f. τοῖς ἔτω κολαζομένοις aut κολȣομένοις, reprehensis, increpitis, castigatis. Salmasius quoque κολαζομένοις corrigebat. 22 ἄχρι ἐ τῶ παρ' αὐτῶν, scil. ἐπαίνῳ. 38 ὅπȣ καὶ κόλακι. 42 οἷα τ' ἄσοφα καὶ. SALMAS. 47 verba φάσκειν καὶ videntur delenda esse. nam φάσκειν idem atque λέγειν significat. penult. ἂν μή τι μέγα.

---

## DE TARDA NVMINIS VINDICTA.

548. 1 Non hic cogitandum de vetusto illo celebri, an famoso, philosopho, Epicuro, sed alio quodam recentiore, sectae Epicureae addicto, Plutarchi aequale. Multa enim hoc in opusculo narrantur aut attinguntur illo vetusto Epicuro multum recentiora, ut memoria Lydiadae, Aristionis, Pompeji Strabonis, Agathoclis, Bionis, incendium Vesuvii, scelera Neronis, mors Vespasiani. 2 Κύντȣ. Quinti. 3 fingitur haec disputatio in porticu templi Delphici habita fuisse, ut patet e p. 552, 49. ubi ait τῶν νῦν περὶ τὸ ἱερὸν καταλαβόντων ξένων, et p. 553, 39. τὸν Εριφύλης κόσμον ἐνταῦθα κείμενον, et p. 556, 49. et 560, 27. ubi oraculum Delphicum significatur.

tur. praeterea fingitur haec disputatio alterius esse continuatio, quam Plutarchus unquamne in literas retulerit, haud constat, et in qua Epicurus suae sectae adversus numen ejusque in administrandis rebus humanis partes et justitiam dubia exposuerat. Potest quoque initium huic libello deesse. 8 Patrocleas hic memoratus procul dubio idem est cum illo, quem noster Sympos. VII, 2. generum suum appellat. *ibid.* ἐαὶν] recte dat edit. Basil. ἐᾶν. 12 v. pag. 219, 27. 15 f. αὐτοῖς, ἂν, πρὶν ἅψασθαι, τὴν δόξαν ἐκβάλλωμεν. 21 f. ἐμοὶ ἐδόκει τὰ μάλιστα. 25 πρέπει aptius staret post πρὸς τοὺς πονηρούς. 29 Thucydidae locus est 3, 38. p. 188, 62. et recurrit paullo post p. 551, 4. 40 quae hic de Messeniis et proditione Aristocratis memorantur, pertinent ad bellum Messenicum secundum, quod per viginti annos a Messeniis adversus Lacedaemonios gestum Pausanias late persecutus est, unde Simsonus in Chronico ab A. M. 3320. usque ad A. 3340. repetiit: Quo in bello virtus Aristomenis, scelus Aristocratis, Arcadis, regis Orchomeni, eluxit. Is anno belli istius tertio, corruptus a Lacedaemoniis, in praelio ad magnam fossam commisso indeque appellato, quum abduceret Arcadas suos, effecit, ut deserti a suis foederatis Messenii gravissimam cladem acciperent. idem Aristocrates quum anno belli ultimo A. M. 3339. rursus prodere Messeniorum res Lacedaemoniis instituеret, indicio servi deprehensus et ab Arcadibus acervo lapidum obrutus fuit. 42 Κύπρῳ] : corruptum hoc nomen esse

Xylan-

Xylandro non latuit. Palmerius in Exercit. p. 224. ἐπὶ τάφρῳ corrigit. Recte quidem ad historiae fidem; sed abit haec lectio paullo longius a vestigiis literarum, et praeterea dedisset auctor ἐπὶ τῇ τάφρῳ, non sine articulo, id si voluisset. Ego equidem malim κάπρῳ praeferre, et memoriam Plutarchi lapsus, sed facile obrepentis et condonandi, accusare. Anno ante, quam ad magnam fossam Messenii adverso marte pugnarent, signa cum Spartanis *ad aprum*, vel ἐπὶ τῷ κάπρȣ σήματι, *ad apri monumentum* secundo marte contulerant, quae duo proelia temporibus locisque propinqua sibi permutare unum alteri, prona res et venia digna est. v. Pausan. p. 317. *ibid.* λαθὼν ὑπὲρ εἴκοσιν ἔτη] numerus est nimius. Anno decimo septimo aut octavo post primam proditionem deprehensus fuit Aristocrates alteram agitans, meritasque poenas dedit. 45 De Lycisco et clade Orchomeniorum nihil ad hanc diem inveni. Res Boeoticas alii auctores negligentius tractarunt, quas, ut patrias, attingere Plutarchus amat.

549. 4 ȣ̓δὲ παίδων παισὶν ὑπῆρξεν ἰδεῖν] ne ipsos quidem nepotes eorum, qui Cylonio tumultu perierant, vidisse poenas a piaculi reis sumtas, quod tradat Plutarchus, id vehementer miror. Nam ab ipsis sceleratis, non ab eorum posteris, poenae fuerunt paucis a patrato scelere annis expetitae. Cylo cum factione periit A. 1. Olymp. 45. Expiatum, auctore Solone, fuit illud scelus anno quinto post, Olymp. 46, 2. eo, quod sceleratorum qui tum superessent patria exige-

exigerentur, defunctorum ossa Attico solo exturbarentur. v. Simson Chron. ad A. M. 3405. et 3410. et ipse Plutarchus sibi adversatur. v. Vit. Solon. Dicas forsitan, nostrum ad Alcmaeonidarum illam exactionem respicere, cujus auctor fuit rex Spartanus Cleomenes ann. 1. Olymp. 68. conf. Herodot. V, 70. Atqui vivebant tum piaculo contaminatorum nepotes, parumque efficax et vix memoranda fuit illa exactio. nam paullo post redierunt Alcmaeonidae, neque tum egesta humo et extra solum patrium ejecta fuerunt criminosorum ossa. 7 ἡ δίκη σε, recte Xylander conjecit, et Grotius exhibuit in Florilegio Stobaei p. 121. 9 τὸν ἄδικον] f. τιν' ἄδικον. *neque reliquorum hominum quenquam improbum.* *ibid.* recte Xylander et Salmasius σῖγα corrigunt. 10 μάρψῃ] edit. Basil. recte dat μάρψει, minus probo μάρπτει, quod Grotius d. l. dedit. 23 καθάπερ γὰρ ἵππον, ἡ παραχρῆμα. *nam velut equum,* [ita quoque hominem vel peccatum erroremve] *protinus excipiens lapsum et delictum plaga flagello aut baculo incussa corrigit et ad officium revocat.* 39 πρὸς αὐτὸν ὄντος] vulgata, si bene habeat, necesse est, ut αὐτὸν ad Olympiacum redeat, qui hactenus disseruerat. Ego vero, qui bene novi nullibi magis a primis Graecorum librorum editoribus peccatum fuisse, quam in extremis vocabulorum, quae compendio tantum significare, raro integra dare solebant veteres librarii, persuasum id mihi habeo, aut πρὸς αὐτοῖς, aut πρὸς αὐτὰ leg. hic loci esse. Utrumque promiscue usurpatur, πρός τινι

εἶναι,

εἶναι, *circa aliquid animo versari*. et πρός τι εἶναι *ad aliquid agendum se accingere*. Scatet exemplis Polybius. quare nulla idonea caussa Coccejo erat locum Josephi *Antiquitat*. p. 275, 18. mutandi 45 comma post πατρῴας collocandum. *ut a Lare quodam inquilino*, vel, *ut a Vesta quadam patria*.

550. 19 ἑτέροις δὲ πωλοῦσι. *aliis vero vendunt facultates*. 29 τῷ πιθανῷ] *vestra ad assentiendum facilitate et propensione confidentior factus eo majore fiducia se ad refutandum hoc dubium accingat*.

551. 10 ἐπανατεινάμενος. 22 τῷ μὲν ταχέως κολάζειν. 38 κατεπάγει] ambigo utrum hoc, an κατεπείγει Basil. edit. praeferam. neutrum est incongruum, neque vi caret. 40 post βλαβερὸν excidit ὄν, facile in concursu cum iisdem literis extritum. 41 f. συνεῖναι πονηρίᾳ. 47 f. καὶ ἦθος, ὅτι ὡς πλεῖστον —

552. 6 προσπολεμήσας] subaudi e proximo τοῖς Καρχηδονίοις. mallem tamen προπολεμήσας, scil. τῶν πολιτῶν, aut τῆς πατρίδος. 8 ὅτι παύσονται τὰ τέκνα τῷ Κρόνῳ καταθύοντες. Idipsum quoque legas in Apophthegmat. Diodorus tamen Siculus XI, 26. post expositam insignem Geloni partam a Carthaginiensibus ad Himeram victoriam, de pace narrans compositam, conditionis hujus non tantummodo nullam facit mentionem, sed etiam XX, 14. claris verbis testatur Carthaginienses ad Agathoclis aetatem usque non desiisse liberos suos Saturno immolare. v. ad utrumque locum animadv. cl. Wesselingi I. p. 424.

p. 424. et II, 415. Porphyr. *Abstin.* p. 71. *ult.* Tillemont Histoire des Empereurs T. II. p. 263. 9. Λυδιάδας] Locus hic depromptus est e Polybii II, 44. p. 182. ad quem plura de nomine hujus viri dicam, quod variis modis exaratum reperitur. 12 ἔπεσεν] ad Laodicia agri Megalopolitani, auctore Polybio p. 191. 13 Μιλτιάδην] Miltiadem tyrannum Chersonesi fuisse et Persas ann. 2. Olymp. 72. in campo Marathonio vicisse; Cimonem, ejus filium, sororem suam in matrimonio habuisse et Persas ad Eurymedontem, Pamphyliae fluvium, ann. 3. Olymp. 77. cecidisse, Themistoclem denique, post juventutem improbe atque dissolute actam, clarissimas de Persis pariter victorias ad Artemisium et Salaminem patriae ann. 1. Olymp. 75. peperisse; vel e Corn. Nepote constat. Idem quoque, ne alios in re nota excitem, de casibus Alcibiadis exponit. 25 f. μεμαθηκότι, νὴ Δί', αἰσθάνεσθαι καὶ κρίνειν. γῆν αὐτὰ ταῦτα τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν μαλακότητα τῆς γῆς, καὶ πάνθ' ὅσα, ὑποδείκνυσιν. In dictione καὶ πάντα ὅσα subauditur ἀγαθὰ αὐτῇ ἔνεστι. familiaris haec est dictio Plutarcho nostro, ut patet e p. 562, 8. Alias facile esset πάνθ' ὅσα τοιαῦτα legere, ut apud Demosthen. or. in Midiam p. 19, 4. edit. Taylori. διαισθάνεσθαι si quis servatum velit, non intercedam. est enim etiam nostro usitatum. v. p. 562, 11. 34 ἀπογράψασθαι] *sumtum ex Ægyptiorum legibus in suas retulisse.* 39 γενέσθαι. 40 potest vulgata dictio τὸ τῆς τιμωρίας χρήσιμον ita exponi: *expectans tempus, quo illum*

*homi-*

*hominem puniri sibi expedit.* sententia tamen potius hoc flagitat περιμείνας καὶ προτιμήσας τῆς τιμωρίας τὸ χρήσιμον, *moram indulgens et praeponens poenae utilitatem ab ejusmodi homine exspectandam,* aut περιμείνας προτερεῖν τῆς τιμ. τὸ χρ. *mora indulta efficiens, ut utilitas ab eo homine prius percipiatur, quam poenas ipse det.* 42 ὀρθῶς, ἔφην. *recte vero, ajebam, censetis.* 45 Apolloniam Illyricam et Anactorium et Leucadem a coloniis Corinthiorum, simulque Corcyraeorum, partim et Ambraciotarum, fuisse conditas, auctores multi sunt. v. interpp. ad Steph. Byz. v. Ἀνακτόριον et Ἀπολλωνία; at qui Periandri auspiciis ea loca Graecis coloniis exculta fuisse tradat, praeter Plutarchum hic loci, neminem alium novi. Versatum tamen in illis terrarum tractibus fuisse, et arma Corcyraeis et Epidamniis contulisse Periandrum, ex Herodot. III, 49. sqq. patet. fortassis tamen non Periandrum Corinthium Cypselidam significat noster, sed Periandrum Ambraciotarum tyrannum, illo vetere aliquanto recentiorem, de quo noster p. 768. *fine* et Maximus Tyrius initio sermonis 24. p. 283. et Menage ad Diog. Laërt. I, 98. verum etiam de illo nondum mihi constat fueritne Graecus, et an colonias Graecas ad Apolloniam et caetera loca nostro dicta deduxerit. 47 ἐκολάσθη] non perspicio, quod poenae genus Periandrum subiisse Plutarchus significet. Saevo quidem supplicio exstinctus ille non fuit. Forsitan designavit simultates, quas acerrimas cum filio, Lycophrone, exercuit, et dolorem ex hujus caede,

caede, a Corcyraeis perpetrata, conceptum, de quibus Herodotus d. l. narrat. In criminibus, quorum poenas Periander longo tempore post dedisse hic perhibetur, habentur gravissima, caedes uxoris Melissae, et cum ea mortua, ut et cum matre, nefanda consuetudo. v. Interpp. ad Diog. Laërt. I, 95. Quod si tamen de Ambraciota Periandro loquatur, ad ejus exsilium et caedem ab ipso sibi procuratam respexerit. Cassandri immanitas in gentem Alexandri M. regis sui, quam saevis suppliciis funditus delevit, et violenta in vacuatum suis parricidiis regnum invasio in historiis male audit. Non satis diligenter tamen Plutarchus ordinem temporum affectatus fuit. quamvis enim Cassander paullo ante, quam Thebas, odio Alexandri, a quo destructae fuerant, restauraret, quod an. 2. Olymp. 116. factum est, Olympiadem, Alexandri matrem, trucidaret, attamen post Thebas restitutas quadriennio demum, an. 2. Olymp. 117. Roxanam cum filio Alexandri ex ea suscepto, et biennio post Herculem, Alexandri e Barsine filium, e medio sustulit. Praecessit ergo beneficium a Cassandro in Graeciam collatum saevitiem et crimina, quibus Plutarchus a numine vult indultum tantisper eo fini fuisse, quo beneficio illo Graecos afficeret. Forte fiat, ut eadem animadversio in superius Periandri exemplum congruat. 50 ξένων] significat mercenarios, quos Phocenses cusa e spoliis templi Delphici pecunia alebant. Horum partem noster ait cum Timoleonte in Siciliam ad destruendas Dionysii et Carthaginiensium ty-

rannides trajecisse, quod an. 3. Olymp. 108. contigit, quo ipso quoque bellum Phocicum desiit. 52 ἐξώλοντο] quibus modis perierint hi sacrilegi, docet ipse Plutarchus in Vita Timoleontis p. 457. qui locus pro nostri commentario haberi debet et adiri. Trajectus in Siciliam non meminit Diodorus Siculus in ea historiae suae parte, qua calamitates et supplicia, quae sacrilegos jactarunt et tandem deleverunt, exsequitur, XVI, 61. 62. *ult.* Conf. p. 1065, 19.

553. 8 De Teletia Pythionica inter manus rixantium discerpto nihil alibi reperio; neque, praeter hunc Plutarchi locum, plura de eo protulit Cl. Corsini in indice Hieronicarum; hoc tamen e nostri hoc loco perspicuum est, Teletiam hunc dudum ante Myronem fuisse, qui Sicyoniorum tyrannus et victor ludi Olympici, Olymp. 33. fuit, teste Pausania p. 497. De Orthagora Sicyoniorum pariter tyranno nihil alibi reperio. E nostro disco, tyrannidem ejus ea, quam Myro capessivit, antiquiorem fuisse. Clisthenis, et ipsius quoque Sicyonii tyranni, qui Soloni aequalis fuit, celebre nomen penes Herodotum est. 13 εἰς τὸ μηδὲν ἥκουσι] Sicyonem aetate Plutarchi non meliore neque illustriore loco fuisse, quam Cleonas, ut credam, efficit miserabilis, quae tum erat urbium Graecarum, post amissam libertatem et veterem gloriam, facies. 18 Περικλῆς ἐναγοῦς οἰκίας] sumtum hoc e Thucydidae I, 127. ubi vid. Interpp. significatur piaculum Cylonium, de quo supra diximus. 19 Στραβωνος] de Cn. Pompeji Strabonis, qui Magni pater

pater fuit, interitu v. scriptores histor. Rom. ad A. U. C. 667. et Interpp. ad illa Velleji II, 21. *Cn. Pompejus decessit. cujus interitus voluptas amissorum aut gladio aut morbo civium paene damno repensata est, populusque Rom. quam vivo iracundiam debuerat, in corpus mortui contulit.* Tetigit quoque noster p. 203. 32 post νομίζειν deest ἀβέλτερον vel ἀβελτέρων, aut ἀναισθήτων ἐστὶν. ad locum de Callippo v. p. 530, 25. et extrema vitae Dionis. Quem Callippum Plutarchus, eum alii Callicratem appellant. 34 de Mitio Argivo ejusque statua nihil alibi reperio. Sed de statua Theagenis Thasii inimicum, a quo noctu flagellabatur, aliquando insequente et opprimente narrat Dio Chrysostom. p. 339. *fine*. Simile exemplum statuae in ultionem inimici velut animatae habet Theocritus Idyll. 23. 39 ἔφην. et sic quoque Xylander. *ibid.* Ἐριφύλης] celebre, sed fatale multis, Eriphyles monile, de quo v. Diodor. Sicul. V. p. 309. Pausan. p. 646. Philostrat. pag. 174, 8. Simson. Chron. ad A. M. 2785. Casum, quem noster narrat, sed in paucis quibusdam iisque levis momenti discrepans, Diodor. Sic. II, 132. ubi quae notavit Cl. Wesseling, merentur inspici. 40 τῶν τυραννων] significat illos, qui Phocici belli auctores et duces fuerunt, Philomelum, Onomarchum et Phayllum. 47 ἀλλόκοτον] Attingit hic libellus ritus quosdam Graecos et opiniones vulgares superstitione mixtas, quorum alibi notitia nulla exstat. quo pertinet, quod p. 558, 38. *ult.* narrat de liberis tabe aut aqua intercute ex-

ſtinctorum; et quod hic loci haud obſcure ſignificat, Graecos eum, qui nidos hirundinum deturbaret, aut pro criminoſo et impuro, aut pro furioſo habuiſſe. 52 rurſus leg. ἔφην. *penult.* νομίζειν videtur delendum.

554. 9 f. τῶν eſt delendum. 14 τοὺς καυκάσγους] ſignificat martyres Chriſtianos, *in tunica moleſta* fumantes, quo de ſupplicii genere v. Sagittar. de cruciat. martyrum X, 15. ſqq. 26 ὡς cum ſignis parentheſeos delendum. 53 ἀποτίνων] ſi bene habet, neceſſe eſt aliqua deeſſe. Videtur tamen auctor dediſſe κατατείνων, *excrucians.*

555. 5 Verſus Steſichori a τᾷ δὲ, non τάδε, incipit, et ſic conſtituendus eſt, omiſſo μολεῖν, quod metrum turbat, et in Baſileenſi non proſtat:

Τᾷ δὲ δρακὼν ἐδόκησε κάρα βεβροτωμένος ἄκρον.

*Illi vero*, Clytaemneſtrae puta, *draco apparuit*, ſeu imaginem ſui menti ejus objecit, *ſummum caput humano ſimile habens.* 7 Πλεισθενίδας] ſignificat Oreſtem, Agamemnonis et Clytemneſtrae filium, Pliſthenis nepotem, abnepotem Pelopis. 8 καταιβασίαις] fulgura magnum priſcae religioni argumentum. v. Valeſ. ad Amm. Marcell. XXIII, 5. p. m. 362. In continenti leg. eſt καὶ ὅ, τι, diviſis vocabulis, *et quodcunque*, neque praeterit Xylandrum. 11 Ἀπολλόδωρον] Caſſandrenſium tyrannum circa Olymp. 120. de cujus crudelitate, vinolentia, ſceleribus v. Interpp. ad Polyaen. VI, 7. Dion. Chryſoſt. pag. 41, 29. Ælian. V. H. XIV, 41. et Diodor. Sic.

Sic. II, 562. 563. et Nostr. paullo post. 19 Ptolemaeus Ceraunus enim Seleucum conditorem illustrissimae Seleucidarum in Asia gentis, dolo et perfidia peremit. v. Simson. Chron. ad A. M. 3722. 20 f. διανεμόντων. 22 f. ἐφ' ὕβρει. 26 Ἡράκλειαν] dubium, quam designet auctor Heracleam, eamne, quae in Bithynia, seu agro Maryandenorum sita fuit, a Megarensibus condita; an eam, quae olim Perinthus dicta, recentioribus temporibus *Heraclea* vocitari coepit. Ego quidem de posteriore accipiendum ideo existimo, quod propius Byzantium, ubi tum agebat Pausanias, et in eadem continente posita fuit. Quae si vera sit conjectura, expedita erit quaestio doctorum, num ex aetate Christianorum Imperatorum demum Perinthus coeperit Heraclea appellari; qua de quaestione vid. quae Wesseling ad Antonini Itiner. p. 323. notavit. Forte tamen, qui pro Bithyna stabunt, probabilius ajent videri, ibi locorum fuisse ψυχοπομπεῖον, ubi Hercules Cerberum ex orco protraxisse fertur. Mihi non liquet. Φιγάλειαν scribit Pausan. p. 252. ubi hanc historiam exsequitur, vid. *ibid.* Interpp. tenet tamen Heracleam Plutarchus in Vita Cimonis p. 882, 3. de evocatione animarum vetustis usitata v. Histor. Academ. inscript. T. IV. p. 28. versionis Germanicae, et Philostrat. p. 727, 32. 35 παρέχειν] potest hic loci a communi repetitum subaudiri τό δαιμόνιον; sed potest quoque infinitivus ille sic nude et impersonaliter positus videri pro παρεῖναι, vel ἐγγίγνεσθαι, aut περιεῖναι. quo admisso, latebit

 tebit

tebit ἑαυτὸ tacite supplendum. Sic infra p. 577. *antepen.* γνῶναι γὰρ ἐξ αὐτῶν οὐδὲν παρεῖχεν, id est, ἐξῆν. Herodot. V, 98. νῦν ὑμῖν παρέχει [id est ἔνεστι] σώζεσθαι ἐπὶ τὴν ὑμετέραν, ubi παρέχει idem est atque παρέχει τὰ πράγματα ἀφορμὴν εἰς τὸ σώζεσθαι, et sic passim. Quod si tamen aliquis in loco nostro praeferat τὸν χρόνον τοῖς πονηροῖς παρέχειν, non intercedam. 39 Λυσίμαχον] vid. Diodor. Sicul. II, 559. et Simson ad A. M. 3712. cum annotatione Wesselingi. *ult.* locus hic suspectus, certe scaber est. Cogitavi aliquando: διορῶντες ἡδονῆς μὲν μεστὴν, εὐθὺς κενὴν χάριν ἐχούσης, ἐλπίδος δ' ἔρημον.

556. 2 ὥσπερ τῆς Οἰνοῦς] l. ὡς γὰρ τῆς Ἰνοῦς. Nullam enim fabulam *Oenonis* nomine, sed *Inonis* scripsit Euripides, item τοῦ Οἰνέως, *Oenei*, non τῆς Οἰνοῦς. v. Fabricii Bibl. Gr. T. I. p. 650. et 652. et praeterea clare demonstrat Ἰνοῦς leg. esse versu altero editum nomen Athamantis, qui Inonis maritus fuit, quem, quibus circumventum artibus Ino noverca ad tollendum Phrixum et Hellen impulerit, tradunt mythographi. Ipse Plutarchus Inonem citat p. 506, 25. 24 hoc οὐ et sequens vs. 33. cum interrogatione efferendum est idemque valet atque οὐχὶ, *nonne*, aut *putasne eos non poenituisse?* 32 quae occasione hujus loci de Apollodoro Cassandrensium tyranno ad Polyaenum olim in prima editione animadversionum ad hunc Plutarchi libellum disputavi, ea nunc non improbo quidem, satius tamen duxi ab hoc loco arcere, ut aliena.

33 Γλαυ-

99 Γλαῦκος] Glauci Epicydidae, regis Spartani, casum tentatumque perjurium, et oraculi fidem, ultionemque numinis in ejus sobole exscindenda narrat Leotychides, item rex Spartanus, ad Athenienses in oratione, quam Herodotus refert VI, 86. unde colligitur, Glauci aetatem in Olympiades quinquagesimae vicinas incidere. Conf. etiam Pausan. p. 149. et 612. 50 de Aesopi injusta nece v. interpp. ad Aelian. V. H. XI, 5. et Fabricii B. Gr. T. I. p. 392.

557. 4 μηνύσαν. in Participio. 7 Ἴδμων] Herodotus II, 134. unde noster hanc historiam depromsit, constanter Ἰάδμονα appellat. Dubium utri codicum rectius. 13 Βραγχιδῶν πέσυ] Branchidae Xerxi ab illa formidolosa expeditione, qua Asiam minorem et Graeciam obruerat, domum redeunti sacras Apollini Didymaeo apud Miletum opes prodiderant, et metu poenae cum eo aufugerant. Cujus beneficii gratia Xerxes ipsis urbem de ipsis appellatam in Sogdiana condidit, quam multo tempore post Alexander M. odio proditionis destruxit. vid. Strabon. p. 787. et ibi Casaubon. et p. 941. item Simson Chron. ad A. M. 3525. et 3677. 17 Κερκυραίους] Agathoclis in Corcyram, a Cassandro obsessam, expeditio incidit in an. 4. Olymp. 119. v. Diodor. Sicul. in Eclog. Lib. XXI. 19 Ὀδυσσέα] Ulysses Siculorum quondam regem Polyphemum male mulcaverat, et regionem fuerat populatus, cujus dominum se gerebat Agathocles. Hinc scomma. v. p. 308. in Apophthegm. 22 Φενεάτας τὰς νῦν] Nam Plutarchi aetate vetus

Pheneum, urbs Arcadiae, destructa fuerat, et nova in alium locum vicinum translata, ubi tamen ne vel sic quidem restagnantis aquae incommoda effugere poterant, obstructis barathris, ab Hercule factis, per quae aqua olim defluere consueverat. Interpres hujus loci est Pausanias p. 627. 24 *χιλίων*] numerum immanem satis habuit Plutarchus edere, qui vel sic animos admiratione ferire posset, quamvis, si verum inire calculum voluisset, haud paullo augere illum numerum debuisset. Nam circa A. M. 2760. ferme censendus est Hercules ex agro Pheneatarum stagna deduxisse et Apollinis Delphici tripodem illuc transtulisse. Hadrianus Aug. autem, cujus atate vixit et libellum hunc exaravit Plutarchus, imperium Romanum capessivit A. M. 4128. vid. Nostri p. 387, 35. 413, 9. et 560, 33. 27 *τρισὶν ὀλέθροις*] Bis eversa fuit Sybaris a Crotoniatis anno primo Olymp. 68. deinde restaurata anno quarto Olymp. 81. rursus desolata fuit anno primo Olymp. 83. neque renovata. vid. Diodor. Sic. T. I. p. 483, 484 et ibi Wesseling. 31 *ἠ οἶαι*] contrahenda haec duo vocabula in unum esse, ante me jam vidit Xylander, *ἠοῖαι σαίρεσκον*, *matutinae*, hoc est, *tempore matutino, verrebant*. primum, quod ancillae et puellae virgines mane surgentes faciunt, est ut oecos verrant. Conf. Ionis in scenam prodeuntis oratio apud Euripidam in fabula cognomine. 33 de Ajacis Locri incontinentia, qua Cassandram violavit, aut certe violasse fertur vid. Simson ad A. M. 2822. 48 *ἀλλ᾽ ἔνιαι*]

scil.

scil. ἀληθῆ ἐστι. 52 ὅμως δὲ δεῖ. 53 εἰ δὲ μὴ βέλει] scil. τῦτο ἐξετάζεσθαι, εἰ ἀληθῆ ταῦτα πάντα ἐστὶν ἢ μή. *ult.* τῶν videtur delendum esse.

558. 5 Λέσβιον ᾠδὸν] significat Terpandrum, v. Paroemiographos et Fabricii Bibl. Gr. T. I. pag. 234. 7 ἀλλ' ὑμεῖς μὲν δήπυ πλέον ἔχειν ἑτέρων ἔν τε Βοιωτοῖς Ὀφελτιάδαι γένος ὄντες ἀξιῦτε] ita constitueram locum, quum Xylandrum quoque in eandem emendandi viam incidisse deprehenderem. Opheltiadae genus ducebant ab Opheltа, cujus pater Peneleus tempestate belli Trojani, et filius, Damasichthon Thebarum reges fuerant. v. Pausan. p. 723. 9 Δαΐφαντον] constat sibi Plutarchus in libello de virtutibus mulierum Daiphantum appellans, Hyampolitanum, Bathylli filium, virum fortissimum, cujus res gestas libro singulari se fuisse exsecutum haud obscure tradit. Insignis locus est p. 1098, 48., ubi ait, ab eo ad suam aetatem annos plus quingentos praeterisse. v. Photii codic. 161. Δαϊφάντης est Pausaniae p. 800. Phocensium equitatum duxit in illo eorum adversus Thessalos paullo ante Persarum in Graeciam irruptionem gesto bello, quod celebratae proverbio Phocicae ἀπονοίας seu rabiei natales dedit. 10 πρώτην, ὅτε Λυκορμαίοις καὶ Σατιλαίοις] in edit. Basil. est Λυκόρμας καὶ Σατιλαίοι, unde fortassis effici debet πρώτην, ὅτε Λυκόρμας καὶ Σατίλαι. Lycormas quidem nomen Phocicum esse apparet e Pausania p. 814. *ult.* 23 de Cimonis in patriam meritis vid. Diodor. Sicul. XI.

Corn. Nepot. et alios multos auctores. *Lacharis* tyrannidem jam supra attigimus. conf. pag. 1090, 40. Is patriam Athenas, auctoritate Cassandri, sibi subegit an. 2. Olymp. 120. eo autem exstincto aufugit an. 1. Olymp. 121. quo etiam peremtus fuit a Coronaeis. v. Simson A. M. 3706. et 3709. τυράννων, ὧν ἴσμεν, τότε εἰς ἀνθρώπους μάλιστα ἀνήμερον καὶ εἰς τὸ θεῖον ἀφειδέστατον eum appellat Pausanias p. 61. *initio.* 24 Ἀρίστωνος] l. Ἀριστίωνος. v. p. 809, 43. Aristio, Atheniensis, philosophus Epicuri scholae ab his, ab aliis Stoicae sectae adscriptus, legatus Mithridatis regis, tyrannidem in patria occupavit an. 1. Olymp. 173. et anno deinceps proximo a Sylla obsessus fuit, cui tandem se dedidit. vid. Simson ad A. M. 3917. et 3918. Casaub. ad Strabon. p. 610. 33 ἀναλαβόντες. 47 καίτοι τί θαυμασιώτερον. *utrum est mirabilius?* 50 Respicit ad Delphorum scelus in Aesopum admissum, de quo supra dixerat, et Sybaritarum sacrilegium, qui Leucadiam Junonem abstulerant, quod eadem pagina attigerat. *penult.* οὐ μὴν ἀλλὰ τὰ θεῶν πρός γε —

559. 2 αὐτοῦ τοῖς κ. 5. ἡ] l. ἡ ποιοῦσα, ut edit. Basil. 10 Ἐπιχαρμείοις] in Vita Epicharmi, quam Diogen. Laërt. VIII, 78. tradit, nihil invenio, unde colligatur, eum captiosis argumentationibus, qualis est ὁ αὐξόμενος λόγος, operam dedisse; cujus disputandi generis patrem ferunt Euclidem Megaricum. ὁ αὐξόμενος λόγος, seu *crescens ratiocinium* videtur idem cum *sorita* esse. De usu vocabuli λόγος pro argu-

menta-

mentatione logica v. Menage ad Diog. Laërt. VII, 192. et 197, 14. aut loco τε leg. est γε, aut addendum καὶ φανερωτέρας. 21 aut delendum καὶ, aut addendum μεταβαλλόμενοι, vel simile verbum. 25 post ἀξιοῦμεν subaudi τῷ αὐτῷ δικαίῳ. *eodem jure, quo partem gloriae majorum ferunt.* 26 de flumine Heraciteo. v. Menage ad Diog. Laërt. IX, 8. p. 397. Maximus Tyrius pag. 63, 19. et Gataker ad M. Antonin. philosoph. IV, 43. p. m. 166. 29 τι delendum. 30 καὶ ἐς δύναμιν. aut alias deerit ἐπὶ τὰ ἔσχατα post διαπεφυκῦιαν. 36 quamvis de statua Cassandri non meminerim legere Athenis dedicata, positam tamen illi ibi fuisse, dubitare non sinit ingens statuarum Demetrii Phalerei, qui Cassandri legatus in patria erat, multitudo, quas omnes, plus tercentum numero, Demetrio post Cassandri excessum in fugam acto, everterunt, v. Strabon. p. 610. καταχαλκευόμενον hic accipi debet pro καταχωνευόμενον, *conflatam in aeneam supellectilem fuisse.* 40 ὁυδὲν ἔνεστι vel μέτεστι. 41 Nysaeus et Apollocrates erant filii Dionysii senioris, quos ut φιλοπότας, temulentiae deditos jungit Ælianus V. H. II, 41. ubi v. interpp. Νισαῖος ibi exaratum est, sed apud Athenaeum quoque X, 10. Nysaeus est, ut hic loci. Apollocratem nominat Strabo p. 398. 42 Philippus et Antipater sunt filii Cassandri, quorum ille paullo post patrem tabe fuit exstinctus, hic fratri successit, et matrem, Thessalonicen, peremit, pariterque ab Alexandro fratre, aut a Demetrio (vid. supra p. 530, 26) aut a socero Lysima-

Lysimacho, nam diversa tradunt auctores, sublatus est. vid. Simson ad A. M. 3707 et 3711. 52. θεραπεῦον.

560. 1 μνημονεύειν. pendet enim ab ἔοικε. 9 ἀνέστρεψε] placeret magis ἀνέτρεψε. v. p. 555, 38. vel ἐνέτρεψε. Frequentissimum est ἐντρέπεσθαι, pro *incusso pudore ad meditationem studiumque decori et honesti reduci et ab instituto nequam averti*. Rarius eodem sensu διατρέπεσθαι usurpatur, multo rarissime ἀνατρέπεσθαι. Sed qui ἀναστρέφεσθαι dixerit, non memini. Quia tamen discrimen verborum τρέπειν, et στρέφειν in compositis non semper observant auctores, cujus rei exempla in animadversionibus ad Dionysium Halicarn. collegi, propterea non ausim mutationem hic loci suadere. v. quoque p. 69, 51. Potest quoque verbum ea ratione probum esse atque defendi, quae ad *reversionem in viam* respicit, *revertit*, vel *reduxit eos in rectam viam*. 9 Ὀλυμπιακὸς] p. 561, 17. et 563, 15. appellatur *Olympicus*. Utrum rectius? 17 ἀλλὰ] l. ἅμα. *non tam minutus est deo animus idemque in vano negotiosus* — 23 ἐφημέρους ψυχὰς] pendent hi Accusativi. quapropter aut deest Accusativus, e. c. τιθέντα, vel περιέποντα, aut mutandi sunt cum Genitivis: ἐφημέρου ψυχῆς — βλαστανούσης, εἶτα ἀποσβεννυμένης. 30 f. προσφέρειν κελεύειν ταῖς ψυχαῖς [vel ταῖς εἰδώλοις] τῶν κατοιχομένων. 34 ἄχρι δὲ τοῦ. 39 ὄνομα leg. finis vocabuli ὀνομαζόμενον videtur natum e proximo ξένον. 42 Κόρακα] Coracem Archilochi percussorem cum Corace, Protagorae

magi-

magistro, permiscuisse Abulpharagjium constabit illi, qui Fabricii Bibl. Gr. T. I. p. 574. 4. cum loco Sexti Empirici, quem Menage ad Diogen. Laërt. IX, 56. adfert, conferet. 50 de ψυχαγωγοῖς seu incantatoribus animas defunctas exciere et coram producere potentibus v. Spanhem. ad Julian. Orat. I. p. 21.

561. 12 οἰκείως. 13 forte sic supplendus est locus: τίνοντας, χρὴ δάκνεσθαι [vel σφόδρα λυπεῖσθαι], ἐνθυμηθεὶς ταῦτα οὐδεὶς ἂν — 14 f. ἄδικος et ἀκόλαστος. πρὸς δὲ τούτοις ἔχω μέν. 40 ἑαυτοῖς.

562. 2 f. κακόφρονα κεύθειν τὸν ἀφανῆ πραπίδων καρπόν. 9 ἄγειν cohaeret cum διακελευομένου καὶ παρεγγυῶντος, *jubente et adhortante ut opus generationis aggrediamur* — tanquam si ipsa Hesiodi verba adscripta non essent. 10 καθ' Ἡσίοδον] *non est opus, quod praeceptis Hesiodeis perficiatur.* 12 aptius huic loco est ἐκπεσούσας. 25 f. οἴοιτο, τότε τοῖς σκορπίοις. 26 οἰομένους suadebat Salmasius. 40 πρὶν ἀδικεῖν ἐνίους. 51 οἷον ἐκποιητὸς τῆς κακίας. *tanquam e familia pravitatis*, cujus veluti filius genuinus est, *in familiam virtutis adoptatum datus et transscriptus. penult.* Antigonus Gonnatas filius Demetrii Poliorcetae significatur. *ult.* τῶν πονηρῶν] f. τῶν πάλαι ἡρώων. Phyleus, Augiae filius, a patre ejectus fuit. v. Pausan. p. 377. Nestor, Nelei filius, propterea quod cum patre fratribusque in furtum boum Herculis non consensisset, expulsus a patre fuerat, et solus fratrum servatus ab Hercule Messeniam sui juris facien

faciente, patriaeque imperio donatus fuit. v. Philostr. Heroic. p. 696.

563. 3 f. ἐπεξῆλθεν, *ulta fuit.* 9 f. ἐξανήνεγκέ τις λόγχης τύπον. 18 f. κἀκεῖνον. 19 aut ὅτι ὁ Σολεὺς Θεσπέσιος, aut ὅτι Θεσπέσιος ὁ Σολεύς. *Thespesius Solensis*, e Solis, urbe Ciliciae oriundus, unde Aratus poëta. *Thespesius* tunc temporis nomen erat usitatum. v. Fabric. B. Gr. T. IV. pag. 488. 20 f. τοῦ μεθ' ἡμῶν. *ejus, qui nobiscum hic versatus fuit.* Sane quae sit vulgatae significatio, non magis, quam quis fuerit ille Protogenes, novi. 29 Amphilochi, filii Amphiarai, oraculum apud Mallum, Ciliciae urbem, celebre erat, praesertim aetate Plutarchi et Pausaniae, paene aequalium. Pausanias pag. 84. Ἀμφιλόχῳ, ait, Κιλικίας ἐν Μαλλῷ μαντεῖον ἀψευδέστατον τῶν ἐπ' ἐμοῦ. v. Olear. ad Philostrat. p. 680. n. 5. 40 potest αὐτῷ legi, *eos, qui cum eo sermones conferunt.* Potest quoque vulgata αὐτοῦ servari, ut sit pro ἀπ' αὐτοῦ, *ab ipso edente audire.* 42 f. τῆς διαφθορᾶς [*vitae corruptae et flagitiosae*] διακόσμησιν εἰς ἦθος χρηστὸν τοσαύτην. 50 f. ἀλλ' ἀπέχοντα ἀλλήλων μῆκος ἄπλετον. 52 f. λείως, οἷον ναῦν ἐν γαλήνῃ.

564. 19 διαχύσει. 21 post σαφῶς videtur ἐπιγνῶναι vel simile quid deesse. 22 προσαγαγοῦσαν, *ut accesserat propius.* 27 σοὶ νῦν καὶ αὖθις, aut σοὶ καὶ νῦν, καὶ αὖθις. *et nunc et deinceps.* 43 post μικρὸς videtur οὕτω δεινὸς deesse. 45 ἄλλῃ τιμωρίᾳ, cum jota subscripto est exarandum; sunt enim Dativi. *alia autem anima*

*ina aliam ad Poenam pertinet. sunt enim Poenae tres, Adrasteae apparitores velut et exsecutores mandatorum ejus.*

565. 2 v. p. 173. sub Artaxerxe. 9 ἡ δίκη ἰδίᾳ λαβοῦσα. 12 aut delendum καὶ πάντα, aut scrib. καὶ κατὰ πάντα. 13 καὶ προγόνοις. 24 f. μόλις. κακόνοια δὲ συνοῦσα [vel ἐνοῦσα] μετὰ φθόνου. 26 τε] l. μέν. 30 αὐγοειδῆ δεῖ καὶ σύγχρουν. 36 εἶδος] f. ἰσχύς. 37 f. καί, νὴ Δί', ἀργίᾳ τοῦ θεωρεῖν, aut ἡ γὰρ ἀσθένεια τοῦ λόγου καὶ ἀμβλύτης δι' ἀργίαν ἀπεχομένη, [vel ἀλλότριος οὖσα] τοῦ θεωρεῖν. 38 τῷ ἀκολάστῳ. *instrumento habet opus, quod pars sui ad libidines prona exerceat.* 52 κρᾶσιν, διὰ ὁ οἶνος.

566. 4 f. διατρίβειν ἐκεῖ βουλόμενον et ἀφεῖλκε βίᾳ. 8 νεῦσιν ἐπὶ γῆν οὖσαν. *quia esset pronpensio ad terram.* 10 ἀφορᾶν] *e longinquo conspicere.* 25 περαῖνον μαντείαν, *quod nusquam terrarum*, hoc est, in nullo certo et constante loco *vaticinationem exercet.* 28 συμπαραλαμβάνοντας. 39 Sibyllam esse illam, quae in luna, quem appellamus, vultum efficiat, credebant veteres, ut patet e p. 398, 38. 42 τὴν Δικαιαρχείας ὑπὸ πυρὸς φθορὰν γενησομένην. Plinii senioris interitu celebre hoc est Vesuvii montis incendium, quod A. C. 79. contigit. v. Tillemont histoire des Empereurs sub Tito c. 4. 44 significat Vespasianum, qui aeger in aquis Cutiliis exspiravit. vid. Sueton. *Vespasian.* 24. 46 aut ἔπειτα δὲ leg. aut ἐπεὶ hic pro ἔπειτα est accipiendum, et passim locorum eo sensu

positum

positum reperitur ἐπεὶ, scil. pro *deinde.* aut si ἐπεὶ hic solito modo *postquam* significat, legendum erit deinceps vs. 48 οἵδε [*hi*] δεινὰ —

567. 5 γνωρίμως πονηρῶν, [*notorie malorum*] καὶ κολασθέντων. versus 7. et 8. suspecti vitii mihi sunt, sed rationem emendandi veram non invenio. forte sic dedit auctor: οὐκ ἔτι χαλεπῶς, οὐδ' ὁμοίως [scil. ὡς ἐν τῷ ζῆν] τριβομένην ἀτελῆ περὶ τὸ ἄλογον καὶ παθητικὸν, ἐκεῖ πονοῦσαν. 18 τούτους. 20 f. περιζέουσαν, ob sequentia ψυχροτάτην et τραχεῖαν. non tamen id valde urgeo. 37 καὶ διώκουσα [sic etiam Xylander] φεύγειν καὶ ἀποκρύπτεσθαι βουλομένας, οὐ δυναμένας δέ. 40 ἐνίους. 42 post ἀτεχνῶς videtur ἑαυτῶν deesse, aut ἀλλήλων. 52 ταύτῃ *quum huic animae*, Neronis puta, *decrevissent et jam pararent.* 53 βιώσεται. ult. aut δεδωκέναι, aut ὀφείλεται.

568. 2 μέχρι μὲν οὖν τούτων εἶναι θεατής. 6 respicit ad picturam encausticam. 7 ὑπὸ] f. διὰ. *se tanquam per fistulam tractum.*

---

## DE GENIO SOCRATIS.

575. 1 Non hic loci, sed vs. 4 post ἀκοῦσαι defectus est, et excidit ἀγαμένοι, vel ἐθαύμασα, vel simile quid. 6 ἀσπαζομένοις. et sic quoque cod. Turneb. et Xylander id in Latinis reddidit, etiam recte id Basil. exhibet. 13 τῇ διανοίᾳ. 14 πύθοιντο. non enim ad διανοίας, sed ad ἀργοτέρων pertinet. deinde leg. τὸν δὲ φιλότιμον

τιμον καὶ φιλόκαλον τῶν ὑπ' ἀρετῆς ὥσπερ τέχνης μεγάλης ἀπειργασμένων θεατήν. *at pulchri honestique et elegantiae studiosum contemplatorem rerum a virtute velut a magna quadam arte perfectarum.* 17 τύχην leg. esse etiam Xylander vidit. 18 f. sic integrandus est hic locus: τῦ δὲ ταῖς αἰτίαις ὁμιλῦντος καὶ τοῖς τῶν πράξεων τρόποις καὶ σκόποις, καὶ συμπτώμασι τὺς ἐπὶ μέρυς ἀγῶνας ἀρετῆς — καθορῶντος. *Exitus rerum multa cum fortuna habet communia; at ille, qui caussas et modos et fines casusque rebus concurrentes noscitat, perspicit certamina virtutis cum fortuitis casibus particularia, et audacia, sed prudentiae conjuncta facinora ratiocinii, simul ab opportunitate rerum praesentium et ab affectu interno moti.* 22 διέλθέ τε duobus vocabulis. nam unum alloquitur Caphesiam. deinde lego ἥ τις ἦν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ὡς ἐπράχθη, καὶ τὺς λόγυς, ὓς τότε συνέβη γενέσθαι, σῦ παρόντος. 25 ἐπὶ τύτῳ] scil. ὅπως ἀκύσω σῦ ταῦτα. *persuasus futurum nihil fuisse, quare tardarem ejus rei audiendae caussa vel Thebas venire* — 27 hactenus locutus fuerat Archidamus Atheniensis. jam a verbis ἀλλὰ ἔδει incipit Caphesias Thebanus loqui. Scena dramatis vel colloquii est Athenis. 32 δοκῇ ἄν, vel δοκοίη ἄν. 34 f. ἡμεῖς μὲν ὖν περιοδεύσαντες τῶν ἱερῶν σπυδάζοντες ὕτω δὴ ἀφίγμεν. *nos quidem post operam obeundis et lustrandis templis datam, in conspectum vestrum tandem venimus.* 35 recte dat Basil. ἀκρόασιν ἅμα πράξεων. 38 ἄνδρας. καὶ μὴν ἄξιον. *atqui tamen dignum est eos nosse.* et sic

 quoque

quoque est in cod. Turneb. 41 de Archino v. dicta ad p. 345. vs. 16. opusculi de gloria Atheniensium. 42 f. ὥςε σοι θέατρον εὔνουν καὶ οἰκεῖον ἴσθι ἔχων πρὸς τὴν διήγησιν. *quare scito te habere theatrum tibi favens et paratum ad accipiendam narrationem.*

576. 8 f. εὐθὺς ἀπὸ τῶν δεσμῶν δίκης περὶ αὐτοῦ. *statim postquam in carcerem conjectus fuisset, judicio de eo habito dictaque sententia.* v. Xenophont. p. 557. et 559, 1. qui pro *Leontida Leontiadam* appellat. 11 κάθοδον αὐτὴν τῶν φίλων. 17 Λεοντίδαν, διὰ τὸ ἀνύποπτον conjeceram, ut Xylander, sed praefero πρὸς τὸ ἀν. quod praestat cod. Turnebi. 22 ὑπόπλεως ὤν, διηγεῖτο, ὤν, ὁπότε — 23 potest συγκαθεὶς defendi subaudito ἑαυτὸν. sed praefero συγκαθίσας. 30 ἀφιζομένους. 42 lacunam hanc ex ingenio supplere nequeo. 15 usitatius est ἐπικαίειν. 52 forte sic utcunque sarcietur locus. βιαζόμενος. οὐκοῦν καὶ ἔτος δήπου μηδὲ αὐτὸς τοῖς μὴ μόνον διὰ τολμῶν ἀκρίτων, ἀλλὰ καὶ αἵματος ἐμφυλίου καὶ σφαγῆς τὴν πόλιν ἐλευθεροῦσι συναγωνιεῖσθαι πρόθυμος. *propterea neque ipse quoque promtus et paratus est operam illis sociam praestare atque discrimen adire, qui non solum facinoribus inconsultis audendis, sed etiam caedibus civium patrandis civitatem liberatum eunt.*

577. 2 ἕξειν. ob sequens τρέψεσθαι. 4 f. Σαμίδαν. 9 f. (ἐγγὺς γὰρ παρίςατο) προϊόντας ἀγγέλλει Ἀρχίαν καὶ Λυσανορίδαν. *ibid.* num Γαλαξίδωρον. Hoc sane nomen p. 580. aliquoties occurrit, et Salmasius quoque posteriorem

riorem hanc lectionem hic loci commendat. 14 Dubito rectene habeat forma Ἄμφιον pro Ἀμφιόνειον, *aedicula Amphionis*. 16 aut οἶδας leg. aut οἶσθα, aut οἶσθά συ, ὦ Ἀρχ. 18 forte γραμματεύων, ἡμῖν δὲ τῆς πρ. Ita conjeceram, antequam Xylandri conjecturam vidissem, quam meae praefero. 25 f. ἢ τοὺς γε πλείστους. 27 v. p. 594. 30. 35 *respondebat ad haec Phyllidas nihil certi, neque ut homo, qui rem exploratam haberet,* *sed dicebat, se audivisse dicentes, portenta et oracula atrocia Spartae ingruere.* ἤκουον δὲ λεγόντων, ἔφη, σημεῖα — hic loci ἤκουον est prima pers. singularis. 37 f. τῇ Σπάρτῃ. ἐν τούτῳ δὲ Φειδόλαος. 39 f. ἐνταῦθα κελεύει περιμεῖναι Σιμμίας. ἐντυγχάνει γὰρ ἰδίᾳ Λεοντίδῃ περὶ Ἀμφιθέου, παραιτούμενος, οἶμαι, καὶ σπουδάζων διαπράξασθαι. 42 εἰς καιρὸν ἥκεις, ἔφη. 43 ἐβουλόμην σοῦ πυθέσθαι. 49 f. εὑρέθη δ' οὖν μετὰ τοῦ σώματος ψέλλιον χαλκοῦν. 51 συμπεπηγυῖαν, ἐπὶ δὲ τοῦ μνήματος ἔκειτο πίναξ. 53 οὐδὲν παρεῖχε recte dat Basil. *nihil potuit ex iis cognosci.* παρεῖχε idem valet atque ἐνεδέχετο. *penult.* ἀντίγραφα.

578. 5 μνῆμα] l. μήνιμα, ut quoque cod. Turneb. Salmasius et Xylander. *Sed ea re deos iram suam ob motum sepulchrum prodidisse in eos, qui passi fuissent id effringi et violari.* v. vs. 7. Salmasius praeterea quoque τούτου emendabat. 16 ὑπὸ σκότος] si bene habet, debet significare *nondum oborto die.* Sed id qui volunt exprimere, ἔτι σκότους ὄντος, aut ἔτι κνεφαῖοι dicunt. Voluitne Plutarchus igitur dicere ὑπο-

*φαυσκέσης* scil. *τῆς ἡμέρας sub diluculum. ibid.* f. *ἐγὼ δὲ τῦτον* [scil. Dirces tumulum] *μὲν, ὦ Φειδόλαε, χαλεπῶς ἐξευρήσειν αὐτὲς νομίζω.* 23 f. *πυθόμενοι* vel *ἱστορήσαντες*, vel simile quid deest. 25 *ὃ κατατετευχότα*, et sic quoque cod. T. et V. 26 f. *διαλυπῆ γενόμενον.* 28 *ὐχ ὑπέρου Θαλῆς*, ut recte dat editio Basil. et expressit Xylander emendaveratque Salmasius. 31 *μηδὲν ἰδίᾳ.* 32 *τῆς ὁμιλίας*] subaudi *τῶν ἐνόμων δυναστειῶν.* 36 hoc de Lyside Pythagorico v. Fabric. B. Gr. T. I. p. 506. 47 *ὃ*] i. *ὃν, quam tabulam.* 49 *ὐκ οἶδα*] *non vidi.* *οἶδα* accipio hic pro *εἶδον.* quod si qui malint prae vulgato, non vetabo. 52 nihil aliud deesse videtur quam *ᾧ, cui.* Salmasius abraso *π* locum sic conjungebat *προφήτην ὅτε.*

579. 23 *μὴ παρέργως.* 25 f. *εἶναι τὴν δυοῖν μέσης assumtionem proportionatam lineae inter duas mediae.* 28 *μὴ τῦτο δὲ οἴεσθαι χρῆναι. at non oportere illos existimare deum hoc effectum habere velle.* 36 *ὑμῖν. vobis.* 37 deesse videtur *ὄντα, νῦν δέ.* 38 f. *προαιρέσεως ἐξ Ἰταλίας, ἕνα ὄντα τῶν Πυθαγορικῶν*, vel *ἀπεσαλμένον ὑπὸ τῶν Πυθ.* aut *ἐξ ἐπιστολῆς τῶν Πυθ. jussu Pythagoreorum.*

580. 4 *φιλοσοφίᾳ.* 6 *ἐναντίον* per se non esset malum, sed quia praecessit *ἀσχήμων*, necesse est, ut *ἐναντίως* legatur. 7 f. *διδάσκειν καὶ εἰς θεὺς ἐπαναχωρεῖν τῇ τῶν πράξεων ἀρχῇ*, aut *ταῖς τῶν πράξ. ἀρχαῖς. quae professa utile docere, atque quorumcunque institutorum initia ad deos referre.* *καὶ εἰς θεὺς* est etiam in var. lect.

lect. 12 vocab. ὑμέτερος non significat Simmiam fuisse Atheniensem, nam Thebanus erat, sed fuisse familiarem Socratis. v. vs. 33. 14 περιβαλέσθαι. 19 aut delendum καὶ, aut ante τοῦτο collocandum puto. *nam et hoc inter alia Socrati crimen impegit apud Athenienses.* 20 ἀνάπλεων. 21 nihil deest praeter copulam καὶ. et sic ante me jam sanxerat Salmasius quoque. 23 πράγματα suspectum. 24 μετεῖναι idem est atque μετιέναι, *persequi, consectari.* 29 potest ὄψιν rectum videri, *speciem quandam apparentem et in conspectum se dantem.* sed ejus loco potius φάσμα dicunt. mallem igitur ὀμφὴν. *vocem divinam veridicam.* 35 ἥκομεν. *veniebamus.* 36 rectene habet σύμβολον? quaeratur in scriptoribus antiquitatum Atticarum, mihi nunc non vacat quaerere. 38 f. ἐπιστὰς καὶ τὼ χεῖλε συμπιέσας. *meditabundus, compressis labiis, diu in eo statu perstitit.* potest συμπιέσας defendi, scil. dicendo idem esse atque συμπιέσας, ut μετεῖναι paullo ante idem erat atque μετιέναι. 41 f. sic integrandus est locus: τοὺς προκεχωρηκότας ἤδη τῶν ἑταίρων ἀνεκαλεῖτο, ἐμποδὼν οἱ φάσκων γεγονέναι τὸ δαιμόνιον. 45 potest vulgata defendi, mallem tamen aut ἑρμογλύφων, aut ἑρμογλυφείων. 52 nihil aliud videtur deesse quam ἡμᾶς. deinde leg. προλείπει. *penult.* οὐχὶ δὲ [vel ἀλλ' οὐχὶ] τῆς κοινῆς μόριόν τι ἀγχινοίας τὸν ἄνδρα. *ult.* ἐπαγαγεῖν, in Aoristo. nam tempus praeteritum requiritur. ὁλκὴ est pondus, quod uni lanci imponitur. Plutarchi mens est: ut ὁλκὴ unius lancis, si aequalis sit τῇ ὁλκῇ, vel

ponderi alterius lancis, eam non deducit aut praegravat, sed tum solummodo id facit, cum ponderum in aequilibrio positorum uni adjicitur; sic — diffiteri tamen nequeo, eum mentem suam subobscure et nimis breviter extulisse.

581. 2 f. sic integrandus est locus: ἐφ' ἃ ὁρμῆσαι, κληδὼν καὶ σύμβολον, ὥστε ἀσθενὲς καὶ κοῦφον ὂν, ἐμβριθῆ διάνοιαν ἐπιστρέψασθαι οὐ δύναται πρὸς πρᾶξιν. *ominosa vox aut aliud tale signum, ut res exigua et levis, per se nequit gravem mentem ad id agendum pertrahere, ad quod eam impellit.* 5 si ad proximum σύμβολον referri debet, leg. est προσελθὸν, sed redit ad remotius κληδὼν, ideoque bene habet vulgata. 6 ὁ πατὴρ] Polymnis. v. vs. *penult.* et p. 582, 17. 581, 19. et 585, 33. 10 πταρόντος leg. esse Xylander quoque vidit et Menage ad Diogen. Laërt. p. 243. 14 οὐ τοῦτον. redit enim ad πταρμῷ. 16 αὖ] f. ἂν ἦν. 20 προΐεσθαι. et id quoque Xylander jam dudum observavit. 21 nihil deest quam syllaba νον. leg. enim ἀφορμαὶ τόνον ἔχουσαι. 29 παίζοντι] l. πλησιάζοντι. 31 μεταβαλλομένην ὅπῃ τύχοι. Salmasius correxerat: μεταβαλλομένην, ὅτε τύχοι, γνώμην. 38 Λάχητος scrib. est e Platonis Lachete et Aristide T. II. p. 198. et Cicerone, cujus haec sunt verba de Divinat. I, 54. *Socrates, cum apud Delium male pugnatum esset, Lachete praetore, fugeretque cum ipso Lachete, ut ventum est in trivium, eadem, qua caeteri, fugere noluit. quibus quaerentibus cur non eadem via pergeret, deterreri se a deo dixit: tum quidem ii, qui alia via fuge-*

*fugerant, in hostium equitatum inciderunt.* Obscure quidem haec Cicero quoad rationes geographicas, et scriptores omnes, qui in pugna ad Delium demonstratam a Socrate virtutem praedicarunt, a Menage ad Diogen. Laërt. II, 23. laudati, sollicite velut scopulum evitarunt, ne dicerent, qua via Socrates Athenas rediisset. alii navi, alii per montem Parnethem, alii per Oropum domum redibant. Non possum igitur ex illis omnibus ἐπιῤῥηγιστης nostri corrigere. et Palmerii Graecia antiqua, unde auxilium sperarem, ad manus non est. Ceterum hac de pugna et Socratis in ea rebus gestis disputant Casaubonus ad Athenaei 5, 15. et Wesseling ad Diod. Sic. I. p. 527. et Leo Allatius ad epistolas Socraticorum p. 147. 40 λοχιτῶν. *antepen.* potest φείδεσθαι se quodammodo tueri. *parcere Socrati.* quia tamen μεθ᾽ ὑμῶν sequitur, praeferrem πείθεσθαι, quod etiam Xylandro placuit. *ult.* f. κυβερνήτῃ ἐκ πελάγους φθόγγος ὄρνιθος. Basileensis editio quidem et Aldina non habet ἢ post φθόγγας.

582. 2 suppleri debere videtur μεγάλου δὲ τεκμήριον, vel σημεῖον. et sic quoque Xylandro fuit visum. Salmasius pariter correxerat καθ᾽ αὐτό. μεγάλου δὲ σημεῖόν ἐστι συμπτώματος. 9 f. παθήματα. *casus adversi.* eoque ducunt var. lect. τιθήματα et πιθήματα. *ibid.* f. εἶτα μάχοιτο ὀμνύοντι μηνύειν καὶ καταλέγειν ἐκεῖνον τὸν ἱστορικὸν τούτων ἕκαστον. *ideoque rixaretur cum altero, vel jurante, historicum illum eas res omnes narrare, atque enumerare.* etiam pro

ὅμοιόν τι est in Ald. et Basil. ὀμύοντι. ad quod in vertendo Xylander respexit. 11 Φίλε] f. Φειδόλαε. 15 ἀποφαίνηται in Subjunctivo. et φάσκων αὐτὸς. 19 recte dat Basil. edit. et cod. Turneb. φιλοσοφίαν. *qui humanam et homine dignam ejusque rationibus accommodatam reddidit philosophiam.* praeterea ἐξανθρωπίσαντος leg. est per iota, auctore quoque Salmasio. 21 τοὐναντίον. 33 f. καὶ σὺν αὐτῷ τῶν φίλων, aut καὶ συνεισιόντας αὐτῷ. 36 ἀμπεχόμενον, ut Salmas. et var. lect. et editio Basil. 37 ὑπὸ delend. et recte neque edit. Basil. neque cod. Turneb. habet. Significat autem vocab. ἐκείνου Pythagoreum ex Italia appulsum. 41 ἀρχὴ γὰρ τῆς ἐντυχίας. *nam ab hac formula contrahendae notitiae et familiaritatis initium capi solet.* etiam recte rursus Basil. dat ἐντυχίας. *conventus, congressus.* est idem atque συντυχίας. Prorsus eodem modo Salmasius quoque correxerat.

583. 1 τούτοις recte dat Basil. et cod. Turneb. 3 δὲ expungendum, aut deest aliquid, quod probabilius videtur, e. c. post κρατηθέντων deest διεσπάρησαν πανταχοῦ γῆς. *quaquaversum dissipabantur. qui autem adhuc indivulsi manebant apud Metapontum, illis Cylonii circumstruebant ignem.* leg. enim Κυλώνειοι, et vs. 9 ὑπὸ τῶν Κυλωνείων. vid. Menage ad Diog. Laërt. II, 46. et Palmer. Exerc. p. 224. aliquid hic excidisse de Pythagoreorum dispersione, indicant verba vs. 8 πρὸς τοὺς ἄλλους φίλους ἤδη πάλιν ἀθροιζομένους. 14 ἐπέσκηψε] scil. τοῖς ἑαυτοῦ φίλοις, suis in Italia familiaribus, Pythagoreis. 15 εἰ δὲ μή, τά γε

λείψα-

λείψανα, vel εἰ δὲ μή γε, τὰ λείψανα. 22 ἐπιτροπεὺς, *rector filiorum tuorum constitutus.* Plutarchus enim si voluisset significare, Lysin filiis Polymnidis adscriptum fuisse (ita Xylander locum hunc accepit) dixisset et debuisset dicere τῶν ὑιέων [scil. εἰς] γραφεὶς. simplex, non compositum fuisset tunc opportunum. 24 πολλὴν δὲ χάριν. 35 ἐγκαλλωπίσηται, et sic quoque Salmas. 49 Basil. recte dat φρουροῦντες. 50 ἄτιμος ἡ κτῆσις εἴη. Τί μήν. Verba τί μὴν, *quidni?* sunt Polymnidis, patris Epaminondae et Caphesiae. *Ea ratione gratia careret ea gratificatio, et injucunda foret possessio.* Respondet Polymnis: τί μήν; *quidni foret?* 51 Θετταλῶν.

584. 15 λόγω] imo vero ἔργω. *si aliquis non ipsa re vereque, sed tantum per simulationem — divitias repudiet.* 17 post ὁ Ἐπαμινώνδας subaudi κέκτηται. 18 ἤ] f. καί. *imo; ut rectius dicam, responde tu mihi, o Epaminonda (nam et olim, quum Thessalus Iaso vobis divitias offerret, tu pro his* [patre tuo et fratre] *verba faciebas) responde igitur mihi, existimasne —?* ὑπὲρ τούτων potest quoque de *divitiis* accipi. his de rebus, et dignaene sint opes et facultates, quae accipiantur, nec ne. 21 πάντας, *omnes, qui dant* — 24 ὁ μὲν, ἅ τις ὀφείλει, διδοὺς — 25 ὡμολόγησεν] subaudi *Epaminondas.* Verbum hoc non est pars orationis Theanoris, sed Caphesiae, dicentis, fratrem Epaminondam illud fassum fuisse. Vidit hoc quoque Xylander et vertendo expressit. 30 post εὖ recte praestat editio Basil. ποιήσαντα. Sic ergo constituendus est locus:

τὸν εὖ ποιήσαντα θατέρῳ τῶν π. *in bello duorum adversariorum alter ab eo manus abstinere debet, a quo beneficia acceperit.* 34 ἐπισκέψασθαι. 41 ὦ φίλε recte dat Basil. 50 τὴν ὑπὲρ τοῦ στεφάνου. 51 ἐπὶ τοῦτο.

585. 1 ἔργον (εἶπεν) ἔγωγε [scil. νομίζω] *Ego quidem, ajebat Theanor, hoc ipsum exercitium abstinentiae specimenque ejus editum esse existimo.* 2 verba ἄσκησιν δὲ — sunt Epaminondae. *ibid.* credo μετὰ expungendum esse et pro οὐχ leg. ἐκείνην. *exercitationem autem et meditationem continentiae illam esse* ἐφ' ἧπερ ἔτι νῦν ἐφελκύεσθε πάντας ὑμεῖς, *ob quam adhuc hodie neminem non vestrum in amorem pertrahitis et ad vos allicitis.* 3 γυμνασάμενοι. 9 aut καὶ δικαιοσύνης, aut καὶ δικαιοσύνη in Dativo, aut καὶ ἐν δικαιοσύνῃ *etiam in justitia.* 19 πλεονεξίας μεγάλας εἰς ἐφικτὸν ἡκούσας. *commoditates magnas, quarum facultas tibi facta fuerit.* ἐφικτὸν etiam codd. T. et V. habent. 20 ἐνδέδεται. *constrictum est.* 21 f. τὰ φιλοκερδὲς μακραῖς ἕξεσιν ἀνέδην εἰς τὸ κερδαίνειν ἀνατετραμμένον. καὶ γὰρ σπαργᾷ. 29 f. ἐρασταὶ τῶν ἀγώνων ὄντες. f. scriptum erat in vetusto cod. ἀνων pro ἀγώνων vitiose, et ex eo deinceps ἀνθρώπων fecerunt, quia sciebant hoc vocab. per compendium ἄνων exarari. 31 ὅσον delendum, aut saltim post Σιμμίας collocandum. 35 αὐτοὶ διαλύεσθε πρὸς αὐτούς. *vos inter vosmet ipsos hac de re transigite absque nostro interventu.* 36 τὸν δὲ Λύσιν, ἡμῖν εἰ θέμις — *si nobis fas est hoc audire.* aut τὸν δὲ Λύσιν, εἰπὸν ἡμῖν, εἰ θέμις ἀκοῦσαι. *dic nobis, si fas sit audire,*

*dire, sine tecum Lysin ablaturus.* 38 ἐᾶς. 46 aut ἢ delendum, aut cum ὁ mutandum.

586. 1 θάψειε recte dat Basil. 3 ταὐτῷ] *eodem*, quo scil. Lysis fuerat usus. mallem tamen καλῷ vel ἀγαθῷ. 7 f. τὴν φύσιν καὶ τὸ εἶδος, ut et cod. Turnebi, aut potius τὴν φύσιν ἐκ τοῦ εἴδους. 9 f. τὸ τραῦμα 15 Ἱπποσθενίδου. per jota, et sic quoque deinceps. 26 ὅτε τῶν πρὸς — etiam Basil. τῶν habet. 27 f. καὶ κυριώτατα τὸ αὐτόματον. 44 Ἡρίππίδας. 15 recte dat edit. Basil. τοῦ μὴ λανθάνειν. *penult.* mallem τῷ δημοσίῳ. *ult.* τῶν ἐσομένων. absque πρό. aut τῶν προκεχειρισμένων.

567. 6 mallem ἐκλάμψαι aut ἀναλάμψαι. 8 περιέχεσθαι. 9 ἐπιπολάζειν. et sic quoque codd. T. et V. 10 post παραχρῆμα deesse videtur διεξιόντος. 14 aut ὅσον διαταράξαι, aut ὅσον μόνον διαταράξαντες. posterius si admittas, redundabit ὅσον. 25 κατηγορεῖν, περιφώνησιν ἀσαφῆ — vocabulum περιφώνησις mihi alibi, quantum memini, non lectum significat idem atque περιψόφησιν, περιδούπησιν *circumstrepitationem*, sonum auribus obstrepentem et eas undique ferientem. 26 δυσαιρεῖν si bene habet, quaedam desunt. locum hunc non expedio. 29 f. προείληφε. vulgata si defendatur, subaudiri oportet τοῦ καιροῦ ἐν τῷ πέμπειν. *nisi dudum ante, quam nunc colloquimur, hominem illum expedire occupasti.* 35 ἄρ' οὖν, non οὐ. 42 nihil deesse videtur. 49 διέτριβεν in 3. pers. sing. scil. *uxor.* et sic quoque reddidit Xylander. 50 σκευωρουμένη. 53 αὐτοῦ τῆς γυναικὸς.

588. 14 forsitan hic nihil deest. nam tacite potest *ἐπιμελησόμενος* subaudiri. si quid tamen desit, forte haec est sententia: *ὡς δεξόμενος τὰς φυγάδας.* aut *ὅπως εὐτρεπῆ πάντα παρ᾽ αὐτῷ πρὸς ὑποδοχὴν τῶν φυγάδων εἴη.* 17 si rectum est *ἤδη*, debet *οὐκ ἀλλογενοῦς ἤδη* legi, *non jam alienae a superiore disputatione.* quod si autem *ἀγεννοῦς* bene habet, legi oportet *οὐκ ἀγεννοῦς, νὴ Δί᾽, ἀλλ᾽ ἧς* — *non sane degeneris, aut ipsis indignae.* 19 *τίνος οὐσίας*, ut quoque codd. T. et V. 33. videtur excidisse *οἱ δ᾽ ἐγρηγορότες δι᾽ ἡμέρας.* 34 f. *καὶ πεπνιγμένοι θορύβῳ τε τῶν παθῶν.* 37 variis modis facile locus hic restitui potest. ut *μὴ, ἢ μικρὰ*, vel *μηδὲν ἢ μικρὰ*, aut *σώματι εἰ μὴ μικρὰ*, quod etiam Bryano ad Plutarchi Coriolanum pag. 423, 5. visum fuit, aut tandem *μὴ* potest deleri ad exemplum Basil. edit. in qua *μὴ* non exstat. 39 *ἀξίως*] l. *ὀξέως*. 46 *βιαίας* vel *βιαίως* more Attico. 47 *ἐνδοῦσα.* redit enim ad *ψυχή*.

589. 6 num *ἅμα τῷ τὴν ψυχὴν ἐννοίας ἐμβαλέσθαι καὶ πρὸς αὐτὸν* [scil. *τὸν τῶν σαρκῶν ὄγκον*] *κινῆσαι τὴν ὁρμήν. quam primum anima cogitationes aliquas concipit et impetum suum versus eum movet,* [scil. carnium apparatum, vel corpoream molem] 9 f. *συντάσεως καὶ παρασπάσεως.* 11 *ἐν ὅσῳ.* si bene habet, debet significare *ὥσπερ*, cui respondet sequens *οὕτως.* 12 *δυστήνως ἔχοιμεν* non expedio. Sententia flagitat *οὐκ ἀπιθανώτως πιστεύοιμεν*, aut *ἀποφαινοίμεθα.* 13 f. *καὶ ψυχὴν ψυχῆς* [subaudi *ὑπὸ*] *et animam ab anima diviniore duci, foris ἁπτομένης,*

μένης, ἣν πέφυκε, *eam tangendo eo modo, quo ratio rationem tangere potest.* 15 f. φῶς πρὸς ἀνταύγειαν. 17 τοῖς κατανοεῖν [vel αἰσθάνεσθαι, vel δέχεσθαι] δυναμένοις. 20 potest ἔπεστιν defendi et accipi pro περίεστι *superat, superest, prae aliis peculiare est.* mallem tamen ἔνεστι. 22 *ille modus, quo vox ad aures nostras allapsa mentem nostram ferit, habet aliquid, quo illos refutemus et convincamus, qui divinam mentem ope soni aut cogitationum intestinarum cum humana communicare posse, quod nos statuimus, inficiantur.* 25 θαυμάζειν οὐκ ἄξιον εἰ καὶ κατὰ τοῦτο τὸ νοηθὲν ὑπὸ τῶν ἀμεινόνων δεξάμενος ὁ ἀὴρ, τρεπόμενος — *quare admirandum non est, aërem, quippe qui facile flectitur et mutatur, accepta gravidum immortalium deorum cogitatione, divinis et excellentibus hominibus significare sententiam ejus, a quo ea sententia profecta est.* 27 ὥσπερ γὰρ αἱ πληγαὶ τῶν μεταλλευόντων ἀσπίσι — *nam ut ictus eorum, qui sub terra profundos agunt cuniculos, deprehenduntur per scuta aenea superficiei terrae applicita.* v. Casaubon. ad Æneae Tacticum p. 1807. 30 τῶν δὲ ἄλλων] scil. σκευῶν, per alias res, vasa, terrae, quae subtus excavatur, imposita transit absque sensu. 40 ἀπήλλακται. 50 ἥκουσα μὲν duobus vocabulis. 51 οὐκ οἶδα δὲ εἰ μὴ μῦθος ἔνιοι λογίσονται.

590. 4 ταῖς] f. ὀλίγαις. et sic quoque codex Basil. quem secutus Xylander id vertendo expressit. 20 f. συντεινομένην, *constrictam compressam.* 21 ὥσπερ ἱστίον ἐκπεταννύμενον, aut ἐκτεταμένον. prius habent codd. Basil. et Turneb. porro

leg.

leg. ἔπειτα δὲ κατασκέειν. 25 κατ' ἀλλήλων suspectum. f. καὶ ἀλλήλων ἐχομένας, ἐξαμειβόσας. 26 ἄγειν] num προσάγειν, accessisse. 29 Φερομέναις. deinde nihil deest, ad sensum quidem nostrum. 30 f. ὁμολογῦσαν, consentientem, concinentem, conspirantem. 33 ὑπεκκεχύσθαι. editio Basil. quae ὑπερεκεχύσθαι dedit, videtur dare voluisse ὑπερεκκεχύσθαι. 36 f. πολλὰς ἐφέλκεσθαι τῇ ῥύμῃ σχεδὸν ὑποφερομένας. aliasque post se trahere, quae parum ab eo absint, ut violentia attractionis victae et abreptae ultra suos terminos efferantur. 42 recte dat Basil. λιμνῶδες. eadem recte quoque ῥοθίον exhibet, duplici ο. unde efficio τὸ δὲ ῥοθίον. 43 ὐδεμίαν δ' ἐς ταὐτὸ. 48 αὐτῷ. ut et cod. Turneb. 50 καχλάζειν.

591. 6 aut ἃς, aut ὧν ἡ Στὺξ. 8 f. ὁδὸς πρόεισιν ἐναντίας, αὐτῇ σχίζουσα τῇ κορυφῇ τὸ φῶς. 24 εἰς καιρὸν τῆς γενέσεως ἡ τελευτή. 30 Stephano debetur λάμποντας, quod ille e vs. 48 assumsit. In Aldina et Basil. est ἀπόντας. unde effici debebat ἅττοντας. exsilientes, enitentes agili cum levitate et velut subsultu. 32 ῥᾴλογος δὲ καὶ ἄνυς ὐκ ἔστιν. vulgata ex eo nata fuit, quod aliquis librarius aut puer officinae typographicae, qui norat ἀνθρώπους per compendium ἀνυς exarari, etiam id huic loco existimabat convenire, neque sentiebat ἄνυς hic integre exaratum vocabulum esse, non autem compendio expressum. 41 recte Basil. ὀρθουμένης. in erecto statu conservata et stante ibi anima. penult. αὐτὸς] subaudi ἔφη, aut potius id adde.

592.

592. 3 f. ὁμοίως ὄγκον τεταραγμένον. *similiter atque oculi retis, vacillant, et motum suum in statu recto lineaque recta semper servare nequeunt, quia onus trahunt, intus in reti tumultuans, et modo in hanc partem, modo in illam procumbens.* 6 antequam var. lectiones inspicerem, conjeceram ὁ κατάγειον, ὁδὲ πήλινον. sed nunc praefero lectionem cod. Turneb. ὁκ ἄγαν πήλινον. 9 ἀναγώγοις. ut etiam codd. T. et V. 17 ἐπιστομιζομένης. 22 καὶ κατηκόων. 24 Ἑρμοτίμου leg. esse contendit Jonsius S. H. P. 1, 10, 2. nam de Hermotimo hoc idem narrare Plinium Hist. Nat. 7, 52. Lucian. Encom. muscae, Tertull. de anima. 26 καὶ μεθ' ἡμέραν. 33 συνορῶντα, ut etiam Xylander. 51 ἔφην. Caphesias enim haec profert. *penult.* ἐνταῦθα vitiosum est. Nam Theanor primum eum diem Thebis et paene in Graecia agebat. quare credo leg. esse ἐν Ἰταλίᾳ.

593. 2 ἔφη] scil. Theanor. 5 λεγομένοις περὶ αὐτοῦ: de eo, Timarcho puta. superior enim de Timarcho narratio Simmiae fuit, deinde delendum γάρ. 8 Καφησία. SALMAS. 11 οὕτω καὶ ἡμῶν. 34 ἀπεργάσασθαι. et sic quoque cod. Turneb. 39 τὸ φιλοσώματον] curam corporis exercendi et in sanitate, robore atque artuum quadam lubricitate conservandi, voluptatemque, quae ex aspectu vegetorum et valentium atque torosorum corporum percipitur. 51 f. οὗτος, ὦ φίλε, τοῦ δαιμονίου ὁ τρόπος. ἀνέχεται [vel ἐᾷ] ὁρῶν ἡμᾶς βαπτιζομένους. consentiunt in quibusdam codd. T. et V. *penult.* μακροθυ-

*κροθυμεῖ. fert nos patienter tentantes num quid possimus nostra virtute servari.*

594. 17 f. συντετάχθαι μετὰ Γοργίδε τοῖς φίλοις. *et se una cum Gorgida ceterisque amicis intento animo tempus opperiri.* 21 πρὸς τὸν δῆμον. 32 εἰς τὸν πότον. *spe facta eam esse adventuram ad compotationem post epulas peractas.* et sic quoque Salmaf. 33 τό τε, duobus separatis vocabulis. τό τε ψῦχος. *et frigus.* 35 τὰς. non τοῖς. cohaeret enim cum ἀντιλαμβάνομεν.

595. 1 f. τοῖς ἐπὶ τῶν πυλῶν φρερροῖς. 6 v. p. 587, 35. 16 πρός τε δαιμόνων. 17 Φέρεσθε. 18 f. τὸ δὲ λοιπὸν ὡς ἄνδρες ἀγαθοὶ πρὸς τὸ συμπεσὸν, aut πρὸς τὸ συμβησόμενον, *ad casum futurum nobis imminentem.* 28 ὑποτρέφηται] *in locum nostrum successurus crescat*, velut ἔφεδρος et succedaneus. 35 ἔτος] l. αὐτὸς. 38 ἀδεὲς. *intrepidum animum*, et sic recte dat Basil, 41 Διόγονος. non solummodo Διογένης dictum fuit, quamvis id usitatius sit, sed etiam Διόγονος, ut Ἀντίγονος. 46 προελθόντας. *progressos.* 51 συντασσομένων αὖθις ἀφικνεῖται, *rursus rediit*, et sic quoque codd. T. et V.

596. 1 μόλις, νὴ Δί', ἀναστάντες. v. tamen p. 597, 7. 8 praefero lectionem cod. Turneb. ὥσπερ ἐκ πληγῆς. 18 μηδὲ ἄπυστον *inexploratum*, in quod non inquisiveris. et sic quoque Salmasius. 21 ὑπολαβὼν] *humeris suis suffultum ducens.* 25 ηὐχόμεθα et παρεκαλῶμεν. 27 ὑπεκίνει. *sparsim raras jactas nives* aut ἀπέκρινε, *excernebat:* 29 Ἱππάτην. v. p. 597. *fine.* idem notaverat quoque Salmasius. deinde leg. οἰκοῦντας.

τας. 35 Philoſtrat. p. 677. συγχωρεῖ ὁ κῶμος καὶ γυναικὶ ἀνδρίζεσθαι, καὶ ἀνδρὶ θῆλυν ἐνδῦναι στολὴν καὶ θῆλυ βαίνειν. 36 μεθύοντας recte dat Baſil. 43 ὡς ἀνέπεισε τοὺς περὶ Ἀρχ.— *poſtquam fucum feciſſet Archiae atque perſuaſiſſet, ut fidem rumoribus ad ſe allatis non haberet.* 50 κἂν] l. καί. 51 ὑπὲρ σπουδαίων, aut ὑπὲρ πραγμάτων σπουδαίων. *penult.* προσίῃ.

597. 6 recte dat Baſil. ὦ Φυλλίδα. *ibid.* ἐπιβολήν. *inſtitutum,* deſtinationem; vel etiam *injectionem manus*, cohibitionem. 29 ἑταίρων.

598. 2 περὶ τὴν πολύστυλον, ſubaudi στοάν. 4 ἐκκαλέσας οὖν [vel δὲ] τὸν ἐπὶ τῆς εἱρκτῆς. 5 κελεύουσι σε ταχέως. 12 διῆκε] ſcil. Phyllidas. 12 τὰ πραττόμενα, 22 προσήκοντος] l. πράγματος. 43 οἱ μὲν οὖν λακωνίζοντες ἐς τὴν Καδμείαν συνέφυγον. 45 ἄκραν κάτω νυκτερεύειν. *antepen.* f. περιμένειν γὰρ αὐτόν, ὀφείλοντα παραγενέσθαι τῆς ἡμέρας ἐκείνης. *nam illum ſe fruſtra exſpectaſſe, qui debuiſſet illo ipſo die* [qui noctem praeceſſerat, qua liberatae ſunt Thebae] *e Sparta cum novis ſupplementis adeſſe: penult.* f. χρήμασιν ἐζημίωσαν; τοὺς δ' ἄλλους ἁρμοστὰς ἀπέκτειναν. *ult.* ἀπηλλάττοντο.

---

## DE EXSILIO.

599. 9 συγκαταδύντες. id quidem uſitatius eſt. 18 f. εἴ τι πέπονθε. *num quid ei adverſi contigerit.* 22 θυμὸν] f. ὄγκον. 31 καὶ τοὐναντίον idem eſt, ac ſi dixiſſet καὶ χαλεπὰ φέρειν.

36 v. quae hoc de epigrammate scripsi ad Anthologiam Constantini Cephalae p. 256. Salmasius hic loci dederat κέρνας ἥτισ' ἂν ἡ μακέλας. et vs. 39 pro πολίτης, πολυτρίποδος. et vs. 40 Ελικωνίδας. v. Ejusdem Exerc. Plin. p. 580. 42 τῷ μὲν εὔχρηστον. *illi quidem*, Alcmani puta, *commodum*. 43 τῷ δὲ δύσχρηστον, *huic autem*, scil. Polynici, *intolerabile*.

600. 5 ἐνδεῖν. 6 apparet igitur eum hominem, ad quem scriptus et missus fuit hic libellus, Sardianum, seu Sardibus oriundum fuisse. v. p. 601, 14. 42 probo Xylandri μετάστασις. v. p. 604, 24. 46 ἀντεστραμμένον. *obversum coelo*. nam si planta sit e coelo nata, cujus radix sit caput, rami artus, necesse est, eam plantam obversam vel adversam esse coelo, et ad terram vergere, non autem ad coelum. Jam supra alicubi, sed locus non succurrit, similitudinem hanc e Platone Noster attulit. 50 Ἡρακλῆς καλῶς εἶπεν, cui opponitur vs. *penult.* ὁ δὲ Σωκράτης βέλτιον, *recte quidem Hercules, — at Socrates multo rectius*.

601. 2 ἔχοντ' ἐν ὑγραῖς ἀγκάλαις. 8 ἰσημερίαι. bis enim per annum contingit aequinoctium. 17 sunt nomina tribuum Atticarum. 23 ἀδιαστάτου] id est οὐδὲν ἔχοντος διάστημα. *cujus spatium vel dimensio ad coelum comparata nulla est*. 48 ἄγκυραν καὶ κυβερνήτην. 48 f. ἔφερον οὐκ, ἐπὶ πρώτου καὶ ταχέως.

602. 1 πρυτανευόμενος] *quum ageret Prytanem*, hoc est, quum publico sumtu aleretur. Prytanes enim epulabantur in Prytaneo sumtu

rei

rei publicae. 6 Poeta, unde haec dictio petita est, Euripides, ni fallor, εὐξείνου πόρου dixerat, sed nihil impedit, quo minus πόντου adhibuerit Diogenes, quem nihil cogebat carmine loqui. His scriptis, inspexi Salmasii notulas, in quibus haec inveni [ἀξείνου πόρου. Versus Euripidis in Iphigenia Taurica.] 11 f. καὶ πάντα ἐπιπόνως ἔχειν. *omniaque, quibus opus est, insulam habere aegerrime.* 12 ὁ μίαν πόλιν, ut etiam Xylander vertendo expressit, et recte est in Basil. 14 post ἑτέραν deest Infinit. e. c. οἰκεῖν, vel ἀμφιέπειν, vel περιέπειν, aut τιμᾶν, aut αὔξειν vel similis. Basil. dat νέμειν ἑτέραν. quod si e cod. msto sit, non damno. 33 Θυρίας] l. Ὑρίας. *Hyria* erat prope Tanagram, vicus Boeotiae sic dictus ab Hyrieo, patre Orionis, qui ambo reges Tanagrae fuerunt. vid. Simson ad A. M. 2598. 49 *Cyparissus* est nomen oppidi Phocidis, quod etiam apud Homerum legitur. Pindarus hanc Cyparissum, ubi vitae partem egisse videtur, ἐλαφρὰν appellat ideo, quod leviter ibi viveretur, absque magnis rerum et curarum turbis, exiguo apparatu. *ibid.* lego πεµιδάϊον, aut πυριδάϊον. *bellicosum*, aut *ardentem bellis.* 50 num ὅθεν αἱ δρῦς. *unde glans mihi venit.* ut *glandem* pro *victu* dixerit, quia veteres glandibus victitabant. vix putem. num igitur ὅθεν ἁδρὸς scil. γίνομαι. *unde robustus fio*, vel ἁδρύνομαι ab ἁδρύνεσθαι.

603. 1 τεσσάρων non satis est, et τεσσαράκοντα nimium. 7 τόθ' οὑμός. *tunc meus.* οὐρανῷ accipi potest pro πρὸς οὐρανὸν, *ad coelum*, aut κυρῶν pro συγκυρῶν, *conveniens, contingens.*

 23 hoc

23 hoc de Chio Theocrito vid. Casaubon. ad Diog. Laërt. 5, 11. et Valesium ad Excerpta Peiresciana p. 4. 29 Μάκαρος. ex Homer. Iliad. ω. 544. v. Meziriac. comment. sur les Epistres d'Ovide T. I. p. 262. 44 τῇ τῶν ἀναγκαίων χρείᾳ. 47 f. ἧς διψῶσιν ἕτεροι πολλάκις, σοὶ τυχεῖν ἔνεστιν. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἅμα πεττεύοντας.

604. 9 τὰ μέτρα. 14 οὐχ ἑνὸς δεδομένου, ἀλλὰ μόνον ἀπειρημένου τόπου. *non uno assignato, sed solummodo interdicto loco.* 16 ἂν delendum. *opponas, suadeo, illis honoribus magistratus gerendi, et edendorum ludorum, quibus excidisti vel cares, tranquillitatem, qua frueris, contentionibus civilibus non implicitus, non coactus ingens aes reipublicae impendere.* 18 οὐδὲν οὖν μέλει. 19 εἰ ἐπαχθὴς ἄλλως, ἀλλ' ἡμεῖς. 27 δὴ] l. δὲ. 28 ἀρχῇ] l. ἄστει. 41 εἰ δέ τοι πάρεργον. 43 εὖ κεκραμένον, 45 f. κάλλιστα γῆς, δέλεαρ ἔχοντες ταῦτα [vel πάντα] συνθηρεύομεν. 49 πυροφόρου πρὸ Γέλα. SALMAS. 51 Ἡροδότου τοῦ Ἀλικ.

605. 4 πολλαὶ παρ' αὐτῷ αἱ τιμαί. 9 ἐξ Ἐρέσου. ut codd. T. V. et B. Dudum hujus loci vitium emendavit Fabricius B. Gr. T. II. p. 234. Contexit hic loci Plutarchus seriem praecipuorum scholae Peripateticae magistrorum, ut sibi successerunt. Aristotelem enim excepit Theophrastus Eresius, hunc Strato, hunc Lyco, ob eloquentiam Glyco dictus, hunc Aristo Iulietes ex Iulide, Cei oppido, hunc Critolaus tandem. Pari modo successores Stoae recenset a Zenone ad Archedemum. Quod Xylander lectionem

Γλύκων

Γλύκων sollicitet, ideo eum reprehendit Casaubon. ad Diogen. Laërt. 5, 66. 13 Ex Ἀθηναῖος efficiebat Menage ad Diog. Laërt. p. 282. Ταρσηνός. sed ea forma non est usitata et magis placet Lipsii conjectura, duos fuisse Archedemos Stoicos, unum Atheniensem, alterum celebriorem Tarsensem. vel potius Tarsensis et Atheniensis idem fuit, Tarsensis ab origine, Atheniensis a sede scholae, quam deinceps in Babyloniam transtulit. 15 τοιούτους] l. τούτους, aut alias leg. τίς οὖν τοιούτους ὄντας αὐτοὺς ἐδίωξε. 26 l. Φίλιστος ὁ Συρακούσιος. 27 Androtio, praeter opus de agricultura Varroni et Columellae laudatum, etiam Ἀτθίδας seu antiquitates Atticas scripsit. v. Harduin. Indic. auctorum, quibus Plinius in H. N. usus fuit. 28 f. Βακχυλίδης ὁ Κεῖος. 31 μὲν delend. *penult.* οὐκ ἔχειν.

606. 1 f. ταῦτα ὁρᾷς ὡς οὐκ ὀρθῶς. 11 Theodorum atheum significat. v. Cicer. Tuscul. I, 48. et Cl. Ernesti Clav. Ciceron. v. Theodorus. 15 non videtur Telesphorum, Antigoni ducem, de quo Diod. Sicul. L. 19. passim memorat, sed alium significare. Athenaeus eandem rem narrat pag. 616. Ad vocem γαλεάγρα in mentem venit locus e Cominaei Commentariis l. 10. p. m. 671. *Iis, qui deliquissent, graves admodum poenas constituit; et carceres paravit horrendos* [de Ludovico XI. loquitur] *et valde tetros, nempe caveas aliquot, partim ferreas, partim ligneas, ferreis laminis coopertas; latitudine octo pedum, et altitudine paullo majori quam est statura hominis. Excogitaverat hanc rationem Cardinalis*

 *dinalis*

*dinalis Balutnsis*, *et in eam*, *quae primum perfecta fuit*, *inclusus est ipse*, *perque totos quotuordecim annos detentus*. *Post hunc alii multi sunt eas execrati*, *et ego quoque captivus in iis per octo menses fui*, *mandato regis*, *qui nunc praeest*. 18 post ποιῦντας deest Theodori ad illud horrificum spectaculum et minarum plenum sermonem responsum, philosopho dignum imperterrito et in tyrannum alias minas retorquente. v. Xylander ad h. l. 24 Pro Antiocho Prusiam nominat Cicero de divinat. 2, 24. Conf. Bern. Martini Var. Lect. 1, 24. cujus tamen conjecturae subscribere nequeo. graeca enim hic loci sana sunt, idemque breviter enunciatum fuit; ac si paullo latius sic fuisset dictum. ἐ ποιεῖς; ὅ, τι λέγει ἄνθρωπος νῦν ἔχων. 43 δὲ delend. 50 νόμιμον ex Euripidae Phoenissis vs. 347. tuetur tamen et commendat lectionem γένιμον Valckenaer ad Euripid. p. 113. quem velim conferri.

607. 19 ἐδὲ αὖτις ἐπανῆλθε. 20 f. γένος, ὃς εἰς τὰς Θήβας παραγενόμενος γεννᾷ Εὔιον. *e gente sua exsul egit*, *qui appulsus ad Thebas genuit* [scil. per Semelen] *Bacchum*. 23 f. ἁγιόν τ' Ἀπόλλω, τὸν Φυγάδ' ἐρ. Aliter Salmasius, sic scilicet. Ἀπόλλων Φυγάδ' ἀπ' ἐρανῦ θεόν. 26 in Basil. est ἐςί τι ἀνάγκης. unde efficio ἐςὶν ἀνάγκης. *est necessitas inevitabilis*, *vetusto deorum sancita decreto*. Versus qui nunc est 28 inter 29 et 30 medius est collocandus, ut versus se hoc excipiant ordine: ἐςὶν ἀνάγκης — εὖτε τις — τρίς μιν — δαίμονες οἵ τε — τὴν καὶ ἐγὼ. *aberrare a beatis aversum*, *et quotquot genii longi aevi*

aevi ducunt vitam. δαίμονες οἵ τε idem atque καὶ τῶν δαιμόνων, ὅσοι λελόγχασι — potest quoque versus δαίμονες inter versum primum et secundum collocari. Vtrum malis: nequit locum, quem nunc tenet, tueri. 40 dubito, possitne ἀναφέρειν simplex pro ἀναφέρειν εἰς τὴν ἔννοιαν usurpari. ego equidem aut id aut simile quid deesse existimo. 43 ἵνα κατὰ μικρὸν, aut ἵνα χρόνον μικρόν. 45 εὐγενές.

---

## CONSOLATIO AD VXOREM.

608. 6 θυγατριδῆς] l. θυγατρὸς, v. vs. 18. 13 αὐτός. 18 ταύτην. 19 τὸ σὸν ὄνομα] Timoxena appellabatur Plutarchi uxor. v. p. 611,29. 20 ἀγαπητὴν διαφ. γενομένην. 22 post φιλοστόργῳ deest aliquid, e. c. οἶδας δὲ καὶ. 24 ἀχολίαν suspectum est. est enim vocabulum rarissimi usus, et Xylandro, ni fallor, debetur, qui sic conjecit leg. esse pro ἀσχολίαν, quod est in Basil. et forte quoque in Aldina. quare malim εὐκολίαν, quod eam animi facilitatem significat, quae nulla re offenditur, omnibus acquiescit, omnia probat, aut benigne interpretatur. v. p. 617,2. et 622, 1. 28 τὸν μασθὸν κελεύσασα, προσεκαλεῖτο καθάπερ πρ. 34 ἡ Κλυμένη] apud Euripidam in fabula Phaëthonte dicta. v. Strabo p. 58. Phaëthontis mater fuit Clymene, Oceani filia, auctore Hygino fab. 156. v. infra p. 665,26

609. 4 τὸ ἀφελὲς. v. vs. 30. 13 οὐδενὶ λό-

γῳ δὲ, aut ἀλόγως δὲ. 35 Salmasius in hos redigebat iambos: *μισῶ δ' ἄγκυλον Τόξον κρανείας, γυμνάσια δ' οἴχοιτ' ἀεί.* 40 *ἐκεῖνον.* scil. Χάρωνα. 47 *τὸ πρὸς κενὴν δόξαν*]. scil. *ἀποτεῖνον.* 48 *δυσεξίλαστα τὰ πένθη.* 51 f. *ἐν ἀρχῇ μὲν ὂν, οὔπω ἐντὸς* [vel *ἰσχυρὸν*] *γενόμενον, εὐάπωστόν* [vel *εὐαπόκρουστόν*] *ἐστι. αὐτὸς γαρ* — *initio quidem nondum admissus in animi recessus*, aut *nondum viribus auctus luctus facili negotio potest arceri* aut *excuti.* *ult.* *προΐεσθαι,* *non omittere*, vel *prodere custodiam, vigilem observationem.*

610. 17 f. *οὐκ ἂν εἰπεῖν φοβηθείην. quod in hac re maximi momenti maximeque formidandum est, id appellare nullus dubito, scilicet introitus malarum mulierum.* 25 *ταῖς δὲ ψυχαῖς φλεγομέναις αὐτοὶ προσφέρουσιν.* 28 f. *ἅπτεσθαι.* sed etiam vulgata tueri se potest. 31 *ἀναξαινόμενον. scalpendo et sollicitando deductum in latam et immedicabilem corrosionem.* 45 *τῇ μνήμῃ τῶν ἀγαθῶν ἀπαρυτόμενος. per memoriam,* ope memoriae, *fruens bonis* et eorum velut cremorem auferens, tanquam si quis de lacte cremorem aut pinguedinem de jusculo auferat cochleari. 52 *καὶ* delendum.

611. 5 *συγχυτικὰς ὀλισθήσεις. ruinas, quae vitam nostram confundunt et turbant.* 7 *τὰ παρὰ τῆς τύχης. a fortuna tributa.* 29 *περιγενόμεναι.* 31 aut delenda sunt verba *οὔτ' ἔλαβεν ἐπίνοιαν*, ut idem cum proxime praemissis significantia, aut leg. *οὔτ' ἔλαβεν ἐπιθυμίαν. neque concupivit.* 40 *καταίρουσα*] *rursus accedens* [per

novam

novam generationem, v. vs. 42.] *ad hanc vitam obeundam abdit et immergit se in corpus.* Ex hoc loco et multis aliis, ut ex historia Timarchi in libello de Socratis genio, et ex historia Thespesii in libello de tarda numinis ultione, patet, Plutarchum Pythagoreorum addictum sectae, credidisse animas a corpore solutas denuo nasci et in corpora humana immitti ad novae vitae orbem decurrendum. καταίρειν, *appellere,* (proprium id navi in portum appellenti,) dicitur homo ad vitam vivendam accedens, h. e. modo in lucem editus; ἀπαίρειν autem, *evehi e portu,* dicitur homo vita decedens. 44 post ξυσσότητα subauditur μένον, quod saepe omittitur. 48 f. ἐν τῷ προςπεπονθέναι, διαφυλάττουσαν. *mentem servantem illam formam, quam a corpore accepit tum, quum illi amore per familiaritatem contracto conjuncta esset.* 49 f. ἡ δὲ ληφθεῖσα μὲν ὑπὸ χειρόνων, ἀνεθεῖσα δὲ μετ' ὀλίγον, ῥᾳδίως πάλιν ὑπὸ κρειττόνων ἔχεται. 51 f. πέφυκε, λαβοῦσα. ὥσπερ γὰρ — *at quae irretita quidem et detenta a deterioribus aliquando, brevi autem post rursus emissa fuit, ea facile reconciliatur melioribus, nacta veluti reflexionem ad eam indolem, quae ipsi a natura indita est. antepen.* Satis quidem perspicuum et planum est, quid sententiae desit. ipsa autem Plutarchi verba reddere velle temerarium est. e. c. deest: οὕτω καὶ ὁ θεὸς τὴν νεωστὶ γεννωμένην ψυχὴν ἐπιστρέχει, ὅπως ὡς ὤκιστα πύλας αΐδαο περῆσαι, πρὶν ἔρωτα. *ita quoque deus animam recens natam urget et compellit, ut quantocyus Plutonis portas transeat, ante-*

*tequam vehemens amor humanarum rerum eum occupet.*

612. 7 f. ἐὰν αὖ ἐῶσιν οἱ νόμοι τὰς τηλικούτους θρηνεῖν, ὡς οὐχ ὅσιον ὄν, εἰς βελτ. *porro vetant leges tantilla aetate exstinctos lugere. nequè enim fas esse, utpote translatos ad sortem meliorem.* 9 nihil hic loci videtur deesse. 12 σώφρονα] aut nihil deest; nam σώφρονα potest a communi tacite repeti, aut nihil aliud deest quam διατηρῶμεν. Caetera integer est libellus, ad sensum quidem nostrum, neque quidquam ejus fini deest.

---

# CONVIVIALIUM SERMONUM LIBER I.

612. 16 Πρύτανιν] Hunc Prytanin puto eundem esse cum illo, cujus meminit Polybius pag. 604. Fuit Peripateticus, uti etiam Hieronymus, post eum Plutarcho dictus, Rhodius scilicet, de quo vid. Fabric. B. Gr. T. II. p. 303. unde discimus eum inter alia περὶ μέθης scripsisse, quod huc quodammodo pertinet. sed Symposium praeteriit, quod Noster eum, quemadmodum reliquos hic memoratos, ait edidisse. Dionem τὸν ἐξ Ἀκαδημίας appellat distinctionis gratia, ne permutetur cum Dione Stoico, neque cum Dione Platonis familiari, illo Syracusano, Hipparini filio, neque cum Dione Prusano Plutarchi aequale. Ille quem Noster hic loci designavit, fuit Alexandrinus, de quo v. Fabric. B. Gr. T. III. p. 328.

19. e

19. e lectione edit. Aldinae et Basil. ἐν ἑτέρῳ μὴ μεθ' ἡμῶν debebat effici ἔν τε Ῥώμῃ μεθ' ὑμῶν. *et Romae vobiscum.* et sic quoque Stephanus. 25 πότον. μέμνησαι γάρ. 28 *Aristionem*, non *Aristonem* citat Jonsius in Script. H. Ph. p. 239. in personis a Plutarcho in sermonibus convivialibus productis. Novi *Aristionem* frequentatius Graecis nomen esse, quam *Aristonem*; quia tamen nondum exploratum habeo, fueritne hoc posterius prorsus damnatum et usu exclusum, et praeterea de Aristione hoc Plutarcheo mihi nihil constat, malo judicium meum suspendere.

613. 5 ἐκείνη scilicet *musicae* aut *histrionicae*, vel etiam ἐκείναις, ut ad ambas illas artes referatur oratio. 7 παρ' οἶνον. duobus vocabulis exarandum esse jam notarunt Xylander et Stephanus, quibus consentiunt codd. T. V. et B. 13 f. ἕτερον ἐστί τι τὸ τῆς Φ. *at aliud quid est philosophia*, aliter habet res philosophiae. 15 f. ἐπιτηρῆσαι. 18 ἐν Θεσμοθετείῳ. *in basilica Thesmothetarum*, et sic quoque H. Stephanus, addicentibus codd. T. et V. Simile quid apud Troezenios in expiatione Orestae factum legitur apud Pausaniam p. 185. 20 recte dat editio Basil. παραμύθιον. *ibid.* Λυαῖος lego pro Λύδιος. et sic quoque emendavit Pierson Verosimil. p. 230. 23 f. πλεονάζοντα ἀκαίροις [aut καιρὸν οὐκ ἔχουσιν] ἀποστερεῖν. 27 τοῦ] recte dat edit. Basil. et Ald. σοῦ. alloquitur enim Sosium Senecionem. v. p. 612. 25 ubi μέμνησαι γάρ ait. 32 ἔφην ἐγώ, ὅτι πρῶτόν μοι — 34 Agathonis convivium Plato, Xenopho Calliae enarravit. conf.

Pauli

Pauli Leopardi Emend. 19, 31. 38 κεραννύντας, ut etiam cod. T. et V. 52 recte habet τὸ ἔυσχημον. nam ἐκβαίνειν τι perinde dicitur atque ἐκβαίνειν τινὸς, sed in ἐκβαίνει vitium est et legi debet ἐκβαίνειν in Infinit. nam ἐφ' ὅσον idem est atque ὥστε, et pariter adsciscit Infinitivum.

614. 7 οἶμαι δὲ καὶ δίκην, 19 κἀκείνοις, *etiam illis*, Helenae convivis puta. Verbum ἐκπεριελθὼν et probum, et elegans atque efficax est. *post longas ambages tandem eo, quo debebat, circumactus et delatus.* 36 ὥσπερ γὰρ τὰ σώματα τῶν πνόντων. 41 ἐριδαντύων et ἱμαντελικτύων. ita scrib. v. apud Pollux. quid sit ἱμαντέλιγμος. SALMAS. 48 f. καταχεαμένη καὶ πεινῶσαν ἀποπέμψασα τὴν γέρανον, ἅμα τε γέλωτα παρασχοῦσαν. *et jejunam remisit et derisam.*

615. 1 ᾠδὰς simplex, aut si vs. 2. ἑαυτοὺς admittas pro ἑαυτοῖς, leg. erit hic loci εἰς ᾠδάς τινας. *conjiciunt se in cantica.* 5 μύθους καὶ πάθη] e Latinis apparet Xylandrum loci sententiam haud recte percepisse. Significat Plutarchus, ante Æschyli et Phrynichi tempora in scenam non fuisse productas alias fabulas, quam satyricas, hoc est Bacchum ejusque ludicros et ridicularios satellites, Silenos et Satyros: at illos cepisse deos et heroas et historiam omnem fabulosam casusque lugubres in scenam producere. vid. Bentley dissert. ad epist. Phalar. pag. 274. 7 non probo Xylandri κωμίττοντα. vulgata bene habet. v. p. 1070, 30. 8 ᾄδειν. et sic quoque Salmas.

Salmas. deinde aut delend. μὲν, aut prodet, quaedam in fine hujus problematis, aut propositae ad disputandum quaestionis, deesse. 11 δὲ delend. *cantare scolia, decorum quidem non est, neque convivia decet.* 14 ἕκαστος, aut ἕκαστοι. *ibid.* in Basil. edit. est ἄσαρκον, quod mihi quidem rectum videtur. est enim idem atque ἄσαρχον, quasi τῦ ᾄσαι ἀρχῦσαν. quia qui eam accipit, *canere incipit.* κ locum literae χ, ut saepe alias, obtinet. Salmasius hic loci haec scripserat. [scribendum est αἴσακον. nam αἴσαι pro ᾄσαι scribebant.]

*Quaestione secunda.* 30 ἀσυνήθεις. *non familiares.* opponitur enim τοῖς οἰκείοις; *familiaribus*, ut peregrini civibus modo erant oppositi. 40 v. Pauli Leopardi Emend. 9, 23.

p. 616. 14 ἐθίζεται] sed cuinam rei fit habilis usu? videtur μειονεκτῶν vel simile quid deesse. 22 ἑταίρων. 33 significat Thrasymachum Chalcedonium, quem artem rhetoricam et locos communes scripsisse auctores sunt Cicero, Quintilianus et alii. v. Fabric. B. Gr. T. IV. p. 488. 37 προσήκειν. 49 recte dat Basil. ὁρῶντας. 50 e lectione Aldinae effecissem haec: δημοκρατικῶς ἴμεν ἐπὶ τὸ δεῖπνον, καὶ ὐκ ἐξαίρετον ἔχομεν τόπον, ἐφ' ὧ κατακλιθεὶς ὁ πλύσιος τῶν πενήτων πλεονεκτήσει ἐν τῇ κατακλίσει.

p. 617. 4 recte Basil. φιλοσοφῦντες. 7 f. αἷς πρὸς τὺς ἐντυγχάνοντας ὐκ ἀκρίτως [ut etiam cod. Turnebi praestat, aut alias ὐκ εἰκῆ, ὐδ' ἀκρίτως] ἀλλ', ὡς ἐνδέχεται, μάλιστα πεφυλαγμένως χρώμενοι. — 23 f. καίτοι φησὶ Τί-

μων

*μων ἐ δεῖν ἀφαιρεῖσθαί τινα τὸ αὐτῷ προσῆκον. αὐτὸς δὲ χαριζόμενος* [vel *προσνέμων*] *τὰ τῶν ἄλλων ἑνὶ, τῦτο ἔοικε ποιεῖν μᾶλλον. negat Timo decere, quenquam jure suo privari. atqui ipse, largiens uni ea, quae aliorum sunt, id ipsum, quod vetat, magis, quam nos, facere videtur.* 27 *λυπηρὸς.* 36 f. *τοῖς δ' ἄλλοις δωρεᾶς τόπον καὶ φιλοφροσύνης ὑπολείπων, ἀνάπαυλαν μᾶλλον, ἢ ἀμέλειαν τῆς τιμῆς. locum dans reliquis, in quo monstrent, se posse hospiti suo aliquid indulgere et ejus secum familiaritati dare, si honorem ille sibi debitum non tam negligat, quam ad tempus aliquod seponat velut et quiescere sinat.* 41 pro *ὁμοδύλων*, quae est lectio editionis Ald. et Basil. nescio quis reposuerit *ὁμοβύλων*, malum priore pejus. nam alterum illud potest haud difficulter exponi et interpretando molliri, hoc nullam commodam recipit interpretationem. *ὁμόδυλοι* possunt esse collegae in functione muneris alicujus, quae *δυλεία* appellatur, praesertim recentioribus Graecis. non tamen placet haec interpretatio, primum, quia *ὁμόδυλος* eo sensu apud illos veteres Graecos, ad quos Plutarchum referimus, non occurrit, tum, quia hospites convivii non solent suis collegis eum honorem habere, ut eos ceteris convivis praeponant. *ὁμοφύλων* etiam ideo displicet, quia pro *συγγενεῖς* dici sic non solet, et deinde ob eandem quoque alteram modo dictam causam. Mihi optimum videtur et ab auctore profectum, id quod simplicissimum est, scil. *τῶν ὁμοίων*. Deinde legendum esse *περὶ τῷ δεχομένῳ penes aucto-*

*rem*

*rem convivii*, vel *hospitem*, jam dudum vidit Xylander quoque.

618. 1 προεδρίας ἀπὸ ψηφισμάτων. 8 βαρβαρικῦ διὰ τὴν εὐγένειαν. et sic quoque cod. Vulcob. et Xylander. 15 ἡμῶν] num ὑμνῶν, an τιμῶν. 17 Versus hi deprompti sunt ex Empedoclis libris tribus περὶ τῆς φύσεως. vid. Fabric. B. Gr. T. II. p. 274. quia versus hi extra nexum evulsi sunt, et ipsum opus Empedoclis periit, nequeunt eorum seu corrupta seu hiantia restitui et sarciri. Recitantur quidem etiam pag. 927. *fine*, sed ex illis nihilo plus discas, nisi forte id unum, ante versum ἔνθ᾽ ἔψαι deesse unum, cujus fuerit sententia *et in omni ostreorum genere*: 27 bene habet hic loci vulgata, immerito a Stephano reprehensa, falsus autem paullo post vs. 33 προειπεῖν reponens, idem non fuit. 35 de Pammene v. Pausan. p. 654. Diod. Sic. *fine* L. XV. et XVI, 34. ubi lege not. Wesseling et quae infra ad p. 805, 44 dicemus. 38 τοιῦτο: *tale convivium*, quod scil. vivis constrictum sit vinculis. 51 nihil hujus loci intelligo praeter id unum ἐνζωπυρῦσι leg. esse. nescio, an e Nostri verbis id colligi queat, Modestum cum Sosicle recitandis alternatim singularibus versibus, sive illi ipsorum, sive Homeri aliorumve essent, certasse. videtur Timo exemplo Modesti et Sosiclis, qui ambo poëseos cultores videntur fuisse, ambitum sententiae, quam modo universe extulerat, ejusdem generis homines secum, ut poëtas poëtis, utiliter non componi, veluti circumscribere et coërcere, dicendo, eos certare quidem

inter

inter se, at certamen illud laudabile esse. suscitare quidem eos flamman, at eam praeclaram. in κινδυνεύουσι τὰ κάλλιστα, si bene habent et integra sunt omnia, videtur subaudiri μετιέναι. *videntur praeclarissimis studiis agitari.*

619. 2 f. ὠμοτήτων, *cruditatum*, vel generum vitae subrusticorum et inconditorum. 3 editio Basil. habet ποτικοὺς, quod non displicet, *bibaces, bibulos.* Aldina ποντικοὺς. 4 post ὅσοις excidit παιδικοῦ, vel ἐπὶ παισὶν. ponitur enim sexus masculini propensio in mares e regione amoris in faeminas. 11 [seu quaestionis tertiae versu primo] ἐκ τούτου. *ab eo deinceps argumento, postea.* et sic quoque Xylander. 14 vid. Salmas. Exerc. Plin. p. 885. 15 ὡς τοῖς Ἡρακλ. 18 αἰτίων] subaudi τῆς τιμῆς. 19 f. νενομισμένος. ἔτι δὲ καὶ τῶν α. *locus ille in honore non ideo fuit habitus, quod pro primo, neque quod pro medio haberetur. praetereaque eorum, quae illi adhaerescunt, quaedam non sunt ei soli propria.* 25 τὸ τῆς ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας αὐτῶν μέγεθος ἐπαχθές. 29 ἐπιδέξια, uno vocabulo scribendum et adverbialiter accipiendum puto. *ibi enim ut in loco commodo collocatus ad regendum oculis suis servitium, remotus non est a locis, qui ad eum proxime pertinent.* Subaudietur igitur ὤν. ἐπιδέξια ὢν idem erit atque ἐν ἐφίκτῳ ὢν καὶ ἐπιτηδείως πρὸς τὴν ἐπίβλεψιν — 41 περιεσκεμμένος. *circumspectus, animo intentus.* 42 accommodavit Aeschyli dictum sententiae suae, quod dictum v. pag. 1090, 8. et Petr. Victorii Var. Lect. 23, 1. 46 τῇ πρώτῃ] imo vero τῇ τρίτῃ.

620.

620. 16 e lectione Aldinae et Basil. efficerem hanc: χρῆσθαι δεῖ τοῖς [vel, χρήσεται τοῖς] κατὰ συμπόσιον. Διελέσθαι δὲ τὸν λόγον ἑαυ. τοῖς ἐπιτρέπω. *ipsis vero permitto, ut sermonem inter se partiantur.* ipsorum facio optionem, utér primo loco verba facere et quam partem argumenti pertractare velit. 18 recte dat editio Basil. ἠκκίσαντο, gemino κ. *affectabundi repudiabant, et deprecabantur, sed solummodo per simulationem, oblatam sibi conditionem, qua defungi quantivis faciebant,* et id Salmasius quoque monuerat. 31 loci hujus collatio cum p. 186. suspicionem movere posset, post ἐλευθέρων ἀρχαῖς deesse membrum, ἑλλήνων ἀρχαῖς. sed nihil erat, quod Plutarchum eodem semper modo veterum Imperatorum dicta referre cogeret. 36 σμικρῷ. scil. μέρει. *tantillo, paullulum.* 39 locus est libro secundo Expeditionis Cyri p. 169. *ult. Edit. Hutchinsoni minoris.* 46 ἕτερον] l. ἑτέρα. *alia ratione aliud vinum aquae misaetur atque aliud.* diversae rationes aquae admiscendae sunt in vinis diversis. et sic quoque Salmasius.

621. 3 σαλευόμενοι δ' ἠρεμούντων. SALMAS. 5 f. κατακόρως ἀπολαύοντες τῶν σικχαινομένων. *citius inebriantur illi, qui absque modo et ad satietatem positis in medio vinis fruuntur, quam illi, qui ea velut nauseabundi extremis tantum labiis degustant.* Salmasius haec annotaverat [defectus hic loci est in v. libro P. ἀνέδην καὶ κατα . . . . ἀπάγοντες. et sane deesse aliquid videtur.] 9 οὔτε γὰρ] subaudi ὁ τοιοῦτος. *talis enim, iniquus, et convivarum uni alterive infestus*

13 μᾶλλον] l. καλὸν. 15 f. αὐτῷ τοιέτῳ, καὶ μὴ — 16 f. τὸ συμπόσιον ἐν κόσμῳ ὡς ἀληθῶς ἄξειν ἡμῖν, καὶ μὴ περιόψεσθαι. Salmasius haec annotaverat: [ὧν τὸ] hic locus corruptissimus in v. c. et haec verba ὡς ἀληθῶς desunt] 22 vid. Plutarchi Vit. Alcibiadae. 27 ἐπίτασιν] supra p. 618. 41. erat ἐπίδοσιν, neutrum male. usus fuit libertate et jure suo Plutarchus, modo hoc vocabulum, modo alterum optandi. 30 καὶ πανταχῦ] καὶ πολλαχῦ. SALMAS. 32 αὐτὸ] hujus vocab. loco in edit. Ald. et Basil. habet ἄνω, unde effici debuerat σὺν ᾧ id, quicum. *mixtum tollit illud, quo praesente et taedio fiunt atque moerorem provocant jucunda, et noxia evadunt utilia.* transponenda enim sunt vocabula, ut sit haec loci forma et series: ἀφαιρεῖται [scil. τὸ ἄκρατον, vel ἐκεῖνο] σὺν ᾧ καὶ λυπεῖ τὰ ἡδέα καὶ βλάπτει τὰ ὠφέλιμα. 34 ἀκέων ὢν est in Msto et ita legendum omnino. nempe ὁ συμποσίαρχος, et mox παραβάλλει. SALMAS. 44 post μὴ λάθωσιν, nisi adscribendum, saltim subaudiendum est ἑαυτὲς. 45 ἐμβαλόντες οἴνῳ, τοῖς λ. et sic quoque Salmas. 48 de hoc Agamestore Academico nihil usquam reperio annotatum. 50 recte Ald. et Basil. ἑςῶτας.

622. 1 ἱλαρὰς. idem notaverat quoque Salmasius e cod. P. 2 καὶ τοῖς προςάγμασιν. 5 προςενέγκασθαι. legitur et apud Diogenem προςφέρεσθαι. sed προφέρεσθαι melius. SALMAS. 21 Bentley p. 21. dissert. ad Millium emendat μυστικὸν. non improbarem, si sic invenirem scriptum, sed neque in vulgata vitium est. nam in

καὶ

καὰν ἄμυσος ἢ subauditur τις, quod graeci libenter omittunt. Interim non diffiteor Bentleyum bene ibi asseruisse dictionem ποιητὴν διδάσκειν pro ποιεῖν ποιητὴν εἶναι, vel τὴν ποίησιν διδάσκειν. 24 Philoxenus est dithyramborum et tragoediarum auctor, a Dionysio in lapicidinas conjectus, ubi scripsit Cyclopem, drama, unde hic locus videtur petitus esse. v. Fabric. B. Gr. T. I. p. 686. 25 aut πάντα cum πᾶσαν est mutandum, quae loci hujus corrigendi planissima est via, aut leg. est πρὸς πάντα τολμηρὸς ὁ ἔρως, καὶ καινοτομίας συγχωρῆσαι. 36 ἐπωδοὺς] significat *accommodatas cantui*, quas prosequi et recitare cantu facile sit, aut etiam *incantantes*, et animum ferientes atque extra se rapientes. sed prius rectius. tum legendum ἐμμέτρους *metri legibus parentes*. 47 τὸν Γύγην] τὸν οἰκέτην vet. edit. τὸν . . . . την Mst. οἰκέτην non displicet. SALMAS.

623. 3 φέρεσθαι] f. φαίνεσθαι. et sic quoque Salmasius e vetusto libros. 4 ἐκείνους] eos puta, qui superiora dixerant. non enim ediderat eorum nomina, contentus dixisse ἐλέχθη. v. p. 622, 24. et 34. 10 λῦπαι. 14 καὶ τὸ σῶμα συνεπαίρουσι. 15 ἄῤῥυθμον. SALMAS. 17 ῥιψαύχενι rectius est, quod cod. Vulcob. dat ob sequens κλόνῳ, quod cum ἐριαύχενι consistere nequit. nam ὁ ἐριαύχην rigidas tenet atque obstipas cervices. at cum κλόνῳ conjuncta est ῥίψις τοῦ αὐχένος. 19 post μέγα deest ἀφιᾶσι vel ἐφιᾶσι, vel τρέπουσι, vel tale quid. 34 φιλόλογος. 41 ἐφημερίδων] vid. Humphr. Hody

 diss.

diff. contra Aristeam c. 2. §. 5. *penult.* f. δυσχεραίνων παρ' αὐτῷ δειπνεῖν διὰ τὸν πολὺν πότον.

624. 10 κρατουμένῳ] *obfirmato et servato incolumi.* 12 αὐτοῦ μὲν οὐ κατέπεσε. *in eum quidem ipsum non incidit.* 13 ὑπερκρεμαμένης *suspensa super ejus capite.* 26 προτρεπόμενος, raro sensu hic positum pro προτερῶν vel νικῶν, *praeveniens, post se relinquens, superans.* 28 προλαμβάνων] πρωῒ λαμβάνων, ita legitur apud Dioscorid. SALMAS. 40 ἀπισχναίνουσι, *efficiunt tenuia, macra, arida.* 45 recte Basil. διαπάσματα, *ea, quae mulierculae cuti inspergunt,* pulvisculi exsiccantes. et sic quoque Salmas. 47 post πικροῦ videtur ξηραίνειν deesse.

625. 10 σφοδραί. 18 καὶ delend. 22 aut οἷον ὁ ἄκρατος, ἐπιδεόμενον, aut simplicius, mutata distinctione, οἷον ὁ ἄκρατός ἐστι, δεόμενον. 32 ἐγένου. 33 ἐκδηλότερον δὲ Σοφοκλῆς. 34 ἐν λόγοις ἡ προσβολή. 48 post βάσιν videtur τὴν ἐπιφάνειαν, aut τὴν κόρην deesse.

626. 15 recte τὰ μὲν deest Basil. subauditur enim αὐτά. 19 ἀποπίπτει. 25 συμμετρίας τε λόγῳ. 39 ἀπ' ἀσθενοῦς. 44 num παρὰ Μεστρίῳ Φλώρῳ. v. p. 680, 24. et in Vita Othonis. Sed eum Tacitus *Cestium Florum* appellat. *Hist.* V, 10. aut, ut aliae editt. *Gessium Florum*, procuratorem Judaeae, qui acerbitate sua bellum illud conflavit, quod in eversa a Tito finiit Hierosolyma. Juxta illas itaque Κέστιος aut Γέσσιος esset exarandum. Sed *Mestrium Florum consularem* habet quoque Suetonius Vespas. c. 22. 46 f. παραλόγων καὶ ἀτόπων.

627. 3 ἀποσκηνῦ in Imperat. medii. 6 *διαφαγεστέραν, magis corrodere valentem.* 21 ὐ *κακῶς. non male affirmavit Aristoteles.* 36 f. *διὰ βαρύτητα. penult. αὐτὸν.* redit enim ad proximum *ἐπίπαγος.*

628. 6 praefero lectionem edit. Basil. *δημοποιήτως.* 8 *τῦ βασιλέως*] Philopappo, qui tum Basilei munere fungebatur. unus et idem est *ἀγωνοθέτης* et *χορηγὸς* Philopappus. Novi Cl. Corsinum voc. *βασιλέως* de Hadriano Imp. interpretari in vita Plutarchi p. XII. 15 f. *ὁ μὲν ὖν, ἔφη, πρὸς ἐπίδειξιν* [vel ut Basil. *ἔνδειξιν*] *ἱστορίας ἀναφέρει.* [*Neanthes hoc posuit, ut suum vetustae historiae peritiam monstraret.* [Neanthem Cyzicenum videtur Diog. Laërt. VIII, 58. memorare] *εἰ δὲ τῦτό γ' ὐ νοθεύει.* 26 *δὲ*] l. *δή.* 27 *τὸ σικύον.* 40 *τοῖς* et *ἐλεγείοις.* porro si bene haberet *Μεθυρία νῆσος* apud Stephanum Byzantinum, crederem *Μεθυρίαν* hic leg. esse et significari insulam inter Atticam et Æginam sitam. sed vid. ibi docti Interpp.

629. 1 aut *μηδεμιᾶς*, aut *δόξης.* 2 *λέγηται παραμυθίαν*, aut *λέγηται πρὸς παραμυθίαν.*

---

## CONVIVIALIVM SERMONVM LIBRO II.

629. 6 *ἡδονῆς ἕνεκα, μὴ χρείας, συναγόμενα.* 7 ἐν Καλλίυ. et sic quoque Salmasius. *in aedibus Calliae,* ubi convivium Socraticum Xenophontis agebatur, in quo prodiit et partes non-

 nullas

nullas egit ille Philippus histrio. 10 παραλαμβάνουσιν. 15 τὰς κλίσεις καὶ ἄλλ' ἄττα τοιαῦτα, τοῦ δὲ δευτέρου, τὸ περὶ — et sic fere Salmasius quoque, in eo tantum dissentiens, quod καὶ τὰ τοιαῦτα legat. 16 καὶ τὸ περὶ τῆς — 17 f. καὶ αὐτὰ ἀκριβῶς συμποτικά. opponitur enim sequenti κοινῶς συμποτικά. *laxiore sensu*, quodammodo, si universaliorem quandam notionem tribuas vocab. συμποτικός. 18 ἑκάτερα] l. ἕτερα. 21 τῶν ῥηθέντων ἢ πραχθέντων ὑπό σου. 23 ποιῶσι] l. ὦσι. *etiamsi discere non idem sit atque reminisci.* 27 locus habetur Cyropaediae V, 10. p. 259. *edit. Hutchins.* 31 πολλάκις καὶ προσίσταται. *graves fiunt laudando.* sic recte dat Basil. saepe Noster προσίστασθαι pro *offendere, taedio et oneri esse,* usurpat, ut p. 633, 3. 655, 51. item Dio Cassius p. 534, 97. Dionys. Halicarn. pag. 7. 27. *edit. Sylburg.* conf. dicta ad Porphyr. de abstinentia p. 31,36. Gataker ad M. Antonin. IV, 46. Abresch ad Aeschyl. p. 420.

630. 6 ἀγνοοῦσιν, ἢ μή. SALMAS. 9 ἀλλὰ καὶ τὸ περιττόν. 10 Basil. dat περιττοὶ δ' εἰσὶν αὐτῶν, unde effici debebat περιτταὶ δ' εἰσιν αἱ τῶν — scil. ἀποκρίσεις. 15 ἃ γινώσκουσιν. 33 f. καὶ καθάπερ ἀναγκαζόμενοι. 36 f. καὶ ἂν πως δύνωνται τὰ τοιαῦτα. 39 f. post χαρίζεσθαι deest δοκοῦμεν. 46 ὡς ἡδὺ τὸν σωθέντα. *penult.* comma ante πολλάκις retrahendum.

631. 10 ἂν] l. οὖν. 15 προϊέμενος. 29 ὡς delendum. 30 καθόλου τοῖς διαλέγεσθαι δεινοῖς. 32 πρόσεστιν αὐτῶν τῷ σκ. 40 recte Basil. dat

dat βέλη. et sic quoque Salmasius correxit. 41 σκωφθέντας, ἢ τέρπει τῇ κομψότητι. illud ἢ pertinet ad praecedens μᾶλλον. *magis urunt scommata eos, in quos conjecta fuerint, quam oblectant audientes.* 46 Theocritum Chium, historicum, Aristotelis et Theopompi et Antigoni regis aequalem, de quo v. p. 633, 25. et Fabric. B. Gr. T. II. p. 435. 50 συνυβρίζοντας.

632. 4 Locus Xenophontis est *Cyropaed.* II, 14. p. 103. 7 f. μέμνησαι, ὡς ἐν ᾅδῃ. 22 κυμινοπρίστην προσαγ. et sic quoque Xylander. 25 ἑτέρων, aut τῶν ἑταίρων. 31 recte dat Basil. σπεύδοντες. 48 ἄκαπνα] ligna coctilia. de quibus v. Interpp. ad Script. Hist. Aug. *ult.* ἀνθοσμίαν δρέψας Graecum non est, neque sensum habet. in Ald. et Basil. est εἴ τις ἀντιτρέψας. locum hunc non expedio, quum Æschyli Cabiri perierint.

633. 11 non novi regem Lysiam, sed Lysimachum novi. quare puto hoc nomen illi debere substitui. et codex quoque B. id habet, ut testantur var. lectiones. 18 ἐνδεδυκότος, ut etiam codex B. et Xylander id quoque expressit. verum intercedit Salmasius, cujus haec est ad h. l. annotatio [sic alibi apud eundem Plutarchum ῥῖνα ἐνδεδωκυῖαν, id est *nares pressas et simas,* ubi vulgo perperam legitur ἐνδεδυκυῖαν. male autem hoc gallicus interpres.] 27 e corrupta lectione Ald. et Basil. effici debuerat σωθῆναι ἄν. Ἀλλ' ἐμοὶ — tractavit quoque hunc locum, non usque quaque feliciter, Paulus Leopardus Emendat. 17, 24. 28 loco καὶ habet

 editio

editio Basil. Λέων. quod corrector videtur e pag. 88, 49. sumsisse, ubi haec historia, sed paullo aliter, narratur. Integrandus igitur hic locus sic est: καὶ Λέων ὁ Βυζάντιος. Pasiadas pariter fuit Byzantius, ut e p. 338, 10. patet. 29 probo Xylandri ὀφθαλμιάσαι δι' αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς. *ab ejus oculorum contagio se lippitudinem contraxisse.* 34 προκεκυφέναι recte dat Basil. et sic quoque Salmas. 38 f. προσυντάξας, *quia antea* [quam huc ad te venirem] *constitui cum familiaribus meis, ut me exspectarent cum talento in humeris meis redeuntem.* sed non perspicio nexum priorum cum sequentibus et quorsum exemplum hoc attulerit Plutarchus. debebat exemplo demonstratum dare, quosdam exprobrata sibi vitia corporis clementer tulisse. atqui exemplum hoc prorsus ei rei non respondet, etiamsi fingatur, illum, de quo casus hic narratur, Antigoni familiarem, gibbosum fuisse, quod vero simile fit e Plutarchi narratione. 46 καὶ τῶν ἐρώντων οἱ μὲν τοῖς σκώμμασιν ἄχθονται. SALMAS. 48 mallem πῦρ et πνεῦμα sedes suas permutare; quamvis vulgatus ordo sententiam prorsus non mutet, ut sit: ὡς γὰρ τὸ πνεῦμα ἐν ἀρχῇ μὲν ἀποσβέννυσι τὸ πῦρ. hic enim est naturalis rerum ordo.

634. 2 μεταδόσεως] f. δόσεως. δόσις appellabatur in scholis philosophorum et rhetorum illud argumentum, quod sophistae aut philosopho sermone pertractandum ab ejus auditoribus dabatur. 4 σοῦ τοίνυν, ἔφη, ὅδε οὐχ ἅπτεται. *te ergo hic non tangit*, vel *ferit?* 5 ἤδη δὲ καὶ τὸ

των παρόντων. 8 f. πλὴν ἂν μὴ καί τι τῶν κεχαρισμένων ἐκείνοις ἢ τὸ λεγόμενον. Salmasius quoque ἢ cum ἦ mutaverat. 13 non ipsa Xenophontis verba, sed sententiam retulit. Locus exstat Cyropaediae III, 7. p. 147. secundum δὲ aut delendum, aut cum καὶ mutandum est. 15 f. ποιεῖ δ' ἀμβλύτερα [vel ἐλαφρότερα] τὰ σκώμματα καὶ ἀλυπότερα τὸ κοινωνεῖν αὐτῶν ἀμωσγέπως τοὺς λέγοντας, οἷον ὅταν. 17 λέγῃ] subaudi σκῶμμα. mallem tamen σκώπτῃ. 18 ἔρωτα. 23 Aridices philosophus mihi non magis notus est, quam Amphias Tarsen[illegible]. 36 Aristophanes suam calvitiem in *Pace* v. 767. derisit, ubi suam vinositatem perstrinxerit, non memini. forsitan id factum fuit in aliqua fabula earum, quae periere. Vehementer hic loci Ald. et Basil. discrepant a nostra editione, habentes καὶ τὴν Ἀγάθωνος * λιψην. *Pytine* est nomen fabulae Cratini, in qua Cratinus ignominiam vinositatis sibi ab Aristophane adspersam abstersum ivit. v. Lucian. Macrob. c. 25. et Fabric. B. Gr. T. I. p. 754. num igitur, sublato puncto, leg. καὶ τὴν ἄγαν οἴνου δίψαν ἑαυτοῦ Κρατῖνος ἐν τῇ Πυτίνῃ ἐχλεύασεν? sed non satis Graeca haec sunt. Sane οἴνου δίψαν pro οἰνοφλυγίαν non concoquo. et in Ἀγάθωνος latet aliquid doctius et reconditius, quam ut id a librario proficisci potuerit. Exspectanda igitur medicina a meliore codice. Salmasius locum sic constituerat: δίψαν Κρατῖνος ἐν τῇ Πιτύνῃ, ἣν ἐδίδαξεν. 46 in Basil. est τὸν ἄνδρα τῆς γυμετικῆς, unde effici debuerat τὸν ἄνδρα τῆς ἐμετικῆς. Significat

Lyſimachum et Arſinoen. vid. Paul. Leopard. Emend. 10, 13. et Gu. Canteri N. L. 4, 25. ſed quod hic Noſter de Timagene, id alii de Teleſphoro tradunt, de quo Noſter memoravit p. 606, 15. 48 quemnam Athenodorum, Tarſenſem an Solenſem, deſignet Plutarchus, et tota hujus loci ratio obſcura eſt. non enim mihi conſtat, ſaevusne in liberos ſuos fuerit ille Athenodorus. etiam dubium eſt, utrum φυσικὴ ἡ πρὸς — an μȣσικὴ ἡ πρὸς — legendum ſit.

6[illegible] 8 praefero lectionem editionis Baſil. χρώμεν[illegible] [illegible]uamvis enim vulgata ſic poſſet accipi, ut ſignificet *addictum ſectae Epicuri*; tamen inſolentius eſt, ſententiam hanc, *alicujus ſectam ſequi*, vel *doctrinam probare*, Graece efferre χρῆσθαι λόγοις τινὸς. et praeterea Xenoclem Epicureum fuiſſe ſatis ex eo patet, quod Plutarchus eum verbis Epicuri aggreditur. Xenocles ille Glauciae frater fuit, non Plutarchi, quod Fabricius, loco Noſtri non ſatis attente inſpecto, perhibuit B. Gr. T. II. p. 816. 13 ȣ̓δὲ] f. ȣ̓κέτι, vel ȣ̓ κάρτα. 14 αὐτοὶ] *ſeorſim nos*, privatim inter nos, ſecluſa reliqua turba convivarum. conjeci tamen aliquando αὖθις, *rurſus*, vel *deinceps*. 17 εἰς] recte dat Baſil. ὡς. 35 ἀλλὰ καὶ κρέα ζώων, ἐνωχȣμένων ἡμῶν, τὰ ἐπέτεια τοῖς τε χυμοῖς διαφέρειν τ. π. 39 Inſignis eſt locus Cenſorini c. 4. *Ariſtoteles quoque et Theophraſtus, multique praeterea non ignobiles peripatetici, idem ſcripſerunt, ejusque rei exempla dicunt, quod negarent omnino poſſe reperiri, avesne ante, an ova generata ſint, cum et ovum ſine ave, et avis ſine*

*ovo*

*ovo generari non possit.* ubi v. Lindenbrogii notas. unde intelligitur antiquitas, gravitas et finis hujus quaestionis. 42 [quaestionis tertiae vs. 2.] f. πρᾶγος ποιούμενος ἐν ᾠῷ, καθάπερ ἐν Καρὶ, πεῖραν τῆς ἀποχῆς λαβεῖν, *id mihi sumens operae, ut in ovo, tanquam in Care, periculum facerem, nunquid possem à carnibus* [vel aliis eduliis] *me abstinere.* Notum proverbium ἐν Καρὶ κινδυνεύειν. ἐν Καρὸς αἴσῃ.

636. 8 χρηστέον] in Ald. et Basil. est χρῆσον, unde efficio χρῆσον ἐν τῷ παρόντι τὰς ἀτόμους, *commoda igitur, ajebat, mihi, o Alexander, atomos* tuas Epicureas. 10 πρῶτον] l. πρότερον. 11 ὡς ἐν αἰσθητοῖς idem est atque ὅσον αἰσθήσει ἔξεστιν ἐφικνεῖσθαι, aut ὡς πρὸς αἴσθησιν. *ad sensum quidem nostrum. ibid.* ἢ] l. ἡ, ut etiam interpres. 14 οὕτω καὶ τὸ ᾠὸν. 21 exposuit h. l. Hadrianus Junius Animadvers. 3, 18. 23. ἀργότερον. *segnius*, adverbialiter. et τύπους. 25 ἐκδημιουργεῖσθαι. *elaborari, excudi, effingi.* 30 τὸ ἐξ οὗ μετέβαλε. 36 vid. Salmasii Exercit. Plin. p. 405. 43 f. χερσαῖα, τὰς σαύρας [subaudi ὡς, ut e. c. *lacertas*] καὶ ἀμφίβια, τὰς κροκοδείλους [*ut e. c. crocodilos*] καὶ δίποδα, τὴν ὄρνιν. 45 Hadr. Junii Anim. 3, 4.

637. 9 δεομένης. 11 in editione Basil. est ἀναφῆναι, unde efficio ἀναφανῆναι. 18 περὶ σῶμα] recte editio Basil. περίσσωμα. 23 f. καθόλου δὲ ὅμοιόν ἐστι τὸ λέγειν, ᾠὸν ζώου πρότερον γέγονε, τῷ λέγειν πρὸ τῆς γυναικὸς — 24 f. ὡς γὰρ ἡ μήτρα πρὸς τὸ ἔμβρυον. 38 ἀμωσγέπως. 52 recte Basil. divisis vocab. exhibet ᾧ δὲ,

δὲ, *cui autem adhuc hodie ea est facultas ut absque altero exsistat. penult.* τῆς πρώτης] subaudi ἀρχῆς tacite repetendum e vs. superiore, aut περὶ ἐκείνȣ γάρ ἐςι τȣ̃ πρώτȣ ὁ λόγος, quia in editione Aldina et Basil. περὶ ἐκείνȣ exstat. porro ἐπεὶ delend.

638. 4 διὸ τὴν πρώτην. 5 comma et vs. 6 μὴ δεομένην deleri velim. sufficit enim ἀπροσδεῆ. 11 Reinesius Var. Lect. p. 116. emendat Κολωνῆθεν, et ad Lysiam Taylor p. 273. 16 ἀρχαιοτάτην. 19 τὸν αὐλὸν *a lyra translatum ad tibiam fuisse verbum* ἁρμόζειν, ut de hac quoque per abusum id dicatur, quod de lyra primitus dictum fuit, eique soli competit. et sic quoque jam Xylander emendavit et Salmas. 32 λόγον ȣ̓κ ἔχει. SALMAS. 38 f. τῷ παλεύειν. id enim significat *decipere*.

639. 6 ante ἢ τὸ ςάδιον videntur nonnulla deesse. 14 μὲν delend. aut leg. θαυμάσας ἂν Μενεκράτης. 16 γνώμης suspectum. num πρόχειρα καὶ διὰ μνήμης, μὴ φθονήσης. an πρόχειρα, ἡμῖν [vel ἡμᾶς] μὴ φθ. 39 si bene habet dictio εἰς τὸ ἀνώτερον ἐξάγειν conveniet Latino *rem altius repetere*. sed credo Plutarchum dedisse εἰς τὸ πιθανώτερον, *caussam probabiliorem comminisci*. 43 εἰσελαύνȣσι. et sic quoque Salmas.

640. 30 f. ὥσπερ οἱ δοθιῆνες *ut furunculi contrahunt* vel *concient undique humores*. 36 f. φλοιώδη καὶ νοτερὰ καὶ μαλακὰ τοῖς ὑπὸ τὸν φλοιὸν μέρεσι προσδεχόμενον περιπτύσσεται καὶ κολλώμενον. 38 f. καὶ τὸν ταῦτα. 39 τὸ

δεχό-

δεχόμενον. 42 f. προδιαδεύομεν, *prius humectamus, maceramus*. 48 f. post θήλειαν vel ἔχειν deest φύσιν.

641. 10 neque Graecum meque Latinum nomen est vulgatum. quare Χαιρήμων ὁ Τραλλιανὸς legend. et sic porro quoque Χαιρήμονος. 19 aut simpliciter ἀντιπαθόντα ἦν ἀκέειν, aut ἀντιπαθόντα θρυλλέντων ἦν ἀκέειν. οἷον, ὅτι — 33 recte Basil. συγχεῖσθαι et περὶ σπλάγχνον. 39 ἐπολισθαίνεσαν. 40 f. διαβάλλειν καὶ σχίζειν τὸ κῦμα, τῷ ξύλῳ καθαρῷ διαιρέμενον καὶ ἐξιςάμενον εὐπετῶς. *carinam fluctus findere et disjicere, puro ligno facile fissiles atque cedentes*. 44 de τῦ τε ξύλυ ambigo adhuc, sitne servandum, an cum τό τε ξύλον, vel τά τε ξύλα mutandum. sed id certum est ἴσχη legend. esse ob praecedens προσάγηται. ἴσχη, τότε τὸ κῦμα. 45 aut παραψύχεσι, *ventilant*, vento perflandas exponunt, aut περιψήχεσι, *circumcirca abstergunt. ult.* ἰσηγορίας] idem est atque συνωνυμίας. λύκοι apud Graecos sunt et animalia lupi, et fraena lupata dicta. ἰσηγορία igitur in his duabus diversis rebus est: ambae enim eadem appellatione significantur, et equi λυκοσπάδαι possunt tam ex eo, quod tracti a lupis aliquando fuerint, quam ex eo, quod lupata trahant et iis repugnent, vel ab iis trahi debeant, sic appellati fuisse. v. Reines. Var. Lect. p. 246.

642. 19 ἐζητεῖτο. *quaerebatur*, et id quoque Xylander videtur conjecisse, quamvis operae aliud dederint. 25 recte Basil. τήκειν καὶ καθυγραίνειν. 29 f. διαπρίοντα. 30 f. τὸ σφαττόμε-

τόμενον, et deinceps deeſt aliquid e. e. ἐδόκει πιθανὸν. 40 καὶ] l. αἱ.

643. 6 ἢ delend. 7 ἑκάστῳ καὶ τράπεζαν ἰδίαν, ἢ χοῦν ἐμπλησάμενον οἴνου, ὥσπερ οἱ Δημοφ. 12 σιωπῆς ἡμῖν — 15 f. καὶ ᾠδῇ, καὶ ψαλτρίας — nam convivae ipſi quoque canebant. 22 οὕτω καὶ ὁ τοιοῦτος — 25 θεραπεύει, aut θεραπεύειν ἀξιοῖ. 27 δεῖπνον. 38 f. ὁμοσίτους ποιουμένων, καὶ τὸ πᾶσαν σέβεσθαι κοινωνίαν ἐν τιμῇ τιθεμένων. 47 καὶ γὰρ αὐτὸς ἔφη εἶναι. *nam ipſe profitebatur ſe ex eorum numero eſſe, qui laute epulari et vorare gaudeant.* 48 ἔφη rectum eſt. Democriti enim dictio fuit τὴν μοῖραν ὑπὲρ τὴν εἱμαρμένην ἐπάγει. redit autem τοῦτο ad praecedens τῇ ἀδδηφαγίᾳ χαίρειν, *hoc ipſum, inſatiabilis eſſe puta, inducit, ſi quid aliud, maxime in vitam humanam fatum ante fatum*, h. e. mortem ante fatalem diem, vel ante naturale moriendi tempus. 50 ἦν] l. ἣν, *quam* et deinceps συμμάχους τε συμμάχοις, ut reſpondeat praecedenti πόλεις τε πόλεσι. et ſic quoque eſt apud Euripidam in Phoeniſſis. 51 συνδεῖν, οὐδὲν οὕτως, *aequitate, quam civitates inter ſe unire anus apud Euripidam ait, nihil tam opus habet quam ſocietas convivialis.* 52 f. φύσει καὶ νόμῳ παλαιὰν καὶ ἀναγκαίαν. debet enim integra eſſe oppoſitio inter *vetus atque neceſſarium* et *novum atque praeter neceſſitatem ſuperinductum.* opponuntur porro quoque hic loci, non, quod Xylander exiſtimavit, *natura et lex*, ſed juncta *naturae lex* opponitur τῇ δόξῃ vs. ultimo, *opinioni.*

644.

644. 6 aut ἰσότητι, aut τῇ περὶ — κοινωνίᾳ. 13 recte dat Basil. κρεωδαίτην. 20 πρὸς μερίδας. 23 post μὴ ἴσον ἐςὶ, deest ἐδὲ δίκαιόν ἐςι, *ubi aequitas nulla est, ibi quoque nulla est justitia.* 26 ἀξιῦσι. *volunt*, leges nempe. 30 ἐ κοινὰ et τὰ πάντα χρήματα ὁμῦ γένηται, juxta illud Platonis in Gorgia τὸ τῦ Ἀναξαγόρα ἂν πολὺ ἦν, ὦ φίλε Πῶλε, ὁμῦ ἂν πάντα χρήματα ἐφύρετο ἐν τῷ αὐτῷ. v. infra p. 679, 1. et interpretes Diogen. Laërt. 2, 8. *Si quis amatam aut psaltriam secum in convivium adducat, propterea non illae sunt omnibus communes, quo verum fieret illud, quod Anaxagoras dicere solebat, omnes res oportere commisceri et in unum acervum coire*, sed ejus sunt et manent, qui ad convivium eas adduxit, ut cujusque est et manet sertum, quo redimitus ad convivium accessit. 37 f. ἐχ ἐξαιρεῖταί γ᾽ ἔννοιάν τινος αὐτ.

---

# CONVIVIALIVM SERMONVM
## LIBER III.

*penult.* ἠλίθιον recte dat Basil. scil. πρᾶγμα ποιεῖς.

645. 8 Odyss. Φ, 35. ἐδὲ τραπέζῃ γνώτην ἀλλήλω. 9 τὸ ἀποκαλυπτικὸν τῦ οἴνε καὶ ἐπῶν πολλῶν γόνιμον, *vim illam vini Homerus non videtur ignorasse, qua mentium abdita in conspectum protrahit et loquacitatem provocat.* 12 f. ἐμφύεται. *conjunctum natura est.* aut, si servetur ἐμφαίνεται leg. erit deinceps καὶ ἀπογυμνῦται.

*mani-*

*manifeſtantur et detegantur per loquacitatem multa abdita.* 14 συμπίνειν γνῶσιν καὶ κατανόησιν. 15 aut τινα ſubaudiendum poſt ἐπιτιμῆσαι, aut leg. ἐπιτιμήσαις. 23 f. καὶ τοιούτους λόγους εἰς μέσον ἄγουσι συνιόντες. etiam Baſil. recte dat συνιόντες. recte deinceps emendant viri docti τῆς ψυχῆς. 37 aut βδελύττεται καὶ κατηγορεῖ leg. aut deeſt aliquid, e. c. βδελυττόμενον ἐπιδείκνυται καὶ κατηγοροῦντα, aut tandem, ſervatis ibi Accuſativis, delendum εἰ et deinceps vs. 40 leg. αὐτὸν δὲ — ἐμπεπληκότα. ſed ut hoc quidem poſterius moveatur, non permittunt ſequentia; quare ei, quam primo loco poſui, emendationi acquieſco. 42 καὶ ſecundum deleo. 50 ἀρχῇ. *ult.* loco καὶ recte dat Baſil. εἰς, quod etiam Xylander expreſſit.

646. 3 ὀρέξεσιν. 4 f. σὺν οὐδενὶ λόγῳ ἐπιφερομέναις φιληδονίαις εἰπεῖν δεῖ ἀπηλλάχθαι. *voluptatibus nullo modo nullaque cauſſa nos adorientibus abitum ut imperemus oportet.* 8 εἰ] l. ἢ. 9 aut deeſt ἄνθεσι, quod monuit Stephanus, aut nil deeſt, ſed tum leg. ῥοδίοις. in Diminutivo. 17 v. Herodot. III, 22. 21 ταῦτα recte deeſt editioni Baſil. 23 ἐν] f. ἐμοί. 31 f. ποικιλίᾳ δ' ἀμιμήτοις χ. κ. βαφαῖς ῥαινόμενα. *coloribus et ſuccis, quos variatio nulla poteſt imitari, reſperſa.* 42 ἔρια hic loci ſunt *panni lanei*, arte textoria e lana parati. 46 mirum ſane Eratonem poëtam profiteri non dubitare, poëtas veteres ſe non triviſſe, neque memoria tenere, eamque rem Grammaticis deputare, quorum quidem ea procul dubio eſt provincia, ſed pari jure

ad

ad poëtices ſtudioſum quoque pertinet. *ult.* ἔτι καὶ νῦν. ſic loqui ſolent.

647. 2 ἀπαρχὰς αὐτῶν [ſcil. τῶν φυτῶν] κομίζουσι. 21 οὐκ ἄκρατον, ἀλλ' ἀμενηνῷ καὶ ὑδαρεῖ — eo ducit lectio editio Ald. ἀλλ' ἀνίνῳ. *debili et aquoſo vino.* qualis enim, amabo, eſt dictio ἀοίνῳ οἴνῳ? 22 f. ἄλλα μὲν τοίνυν πάμπολλα. 27 f. τὰ σώματα περὶ τὰς — ἀρχάς. aut πρὸς ταῖς — ἀρχαῖς, aut ſic diſtingu. et leg. eſt: τὰ σώματα, τὰς τῶν αἰσθήσεων ἀρχὰς ἐπιταράττει τῶν ἀνθρώπων. 29 poteſt quidem vulgata ſic defendi, ut conſtruas verba in hunc modum: ἀποτειχίζουσι τὴν τῆς κεφαλῆς ὥσπερ ἀκρόπολιν. *obducto muro ſepiunt et muniunt capitis veluti arcem;* ſed planior eſt lectio τὴν κεφαλὴν, quae etiam in Vulcobiano cod. eſt. 31 recte Baſil. ὅσα δὲ ἡσυχῇ ψυχρὰ, τῷ μετρίως ἐπιψαύειν. 33 στέφανος] ſubaudi ποιεῖ. 44 ὑποθυμιάδας. nam eſt a verbo θυμιᾶν, non θυμίζειν. et ſic quoque citat Fulv. Vrſinus ad fragm. poëtar. lyric. p. 313.

648. 7 poteſt vulgata defendi. mallem tamen πυρωπὸν. 14 vehementer arridet mihi lectio cod. V. et T. διαλακίζειν, *diſcerpere.* eſt verbum rarum, ſed elegans. *ibid.* πλὴν ἔτι κιττὸς οὐκ οἶδ' ὅπως συγκαταπέπλεκται. 18 ὥσπερ τὰ ξύλα πυρὶ συνδιαστρέφεσθαι. 25 f. περιφλεγέων. a περιφλεγὴς. 38 f. οἷόσπερ ὁ κιττός. 44 probo lectionem editionis Baſil. χειμῶνος ὥρᾳ, ſic, ut legam, ἔτως καὶ ὁδὶ [*hic,* Bacchus puta] παθῶν χειμῶνος ὥρᾳ.

649. 2 ὑπὲρ τῶν στεφάνων. 5 ἡ μὲν ἀπόδειξις.

ζις. 6 ὀυκ ἐμὸν ἦν ἔργον, ἔφην, ἀλλὰ Τρύφωνος. 7 ἔφην. 9 ἐμποιοῦν τοῖς πιοῦσι. *nam id, quod aliquem animi vehementiorem motum concitat in bibentibus.* aut, ut Basil. ὁ γὰρ ἐμποιεῖ. 10 οἷον ὑοσκύαμος, quemadmodum etiam Xylander et Stephanus. 11 f. καὶ ἄλλα πολλά. 17 σώματος] imo vero πνεύματος. 22 ἀνωφερὲς, ut etiam Xylander et codd. T. et V. 25 μικρῶν δοκοῦσαν εἶναι. 29 ἡ γοῦν μυρρίνη. 37 οἱ δὲ μὴ φυλάττωσιν, [ut etiam cod. V.] ἀλλ' ὀλίγον λαβόντες ἄθρουν ἐκχέωσι. 38 ἄνδηρα sunt terrae ad rivum aut canalem facticium aggestae et complanatae, et canaliculis intersectae, areae, in quibus plantantur plantae et arbuscula a praeterfluente et immissa per rivulos aqua alenda v. p. 650, 25. *Bete, Garten-Bete.* 39 διαρκῆ. redit enim ad τροφὴν. 41 εὖ γε ποιῶν — ὅτι τοῦ Βοιωτίου.

650. 12 ἔφη λαμβάνειν. 18 recte dat Basil. ἀπνευστὶ. 20 αὐτοῖς. 21 ῥύμην] posset ῥύμῃ conjici, ut Xylander et Stephanus fecerunt, et ipsemet olim ego. sed nunc praefero ῥύδην. *tractim, rivi ad instar pervadere.* 51 f. τὸν μὲν ὑπὲρ τῶν γερόντων.

651. 1 Ἀθρυίλατος] corruptum esse hoc nomen nemini non patet. paullo inferius recurrit vs. 44 sed ibi in editione Basil. nescio unde, ejus loco legitur Λουιτε. quapropter etiam Xylander ibi vertit *mi Luite.* Ego non dubito me ex hac lectione minima mutatione veram restituturum esse, quae est Ἀουῖτος, *Avitus* et Ἀουῖτε, *Avite.* 7 hic videtur ob similitudinem eorundem verbo-

rum

rum recurrentium integra periodus periisse. deest enim alterum membrum, quod finem facere debebat orationi Flori et initium responsionis Aviti. forsitan igitur sic est integrandus locus: τῶν δὲ γυναικῶν ἔφη, [scil. Florus] τὴν θερμότητα σὸν ἔργον ἀποδεικνῦναι. Καὶ τοίνυν τῶν γυναικῶν, ἔφη, [scil. Avitus] τὴν θερμότητα πρῶτον. 15 τὰ μὲν corruptum. leg. aut ταῦτα aut τάδε, ut respiciat ad τὰς ταφὰς, aut leg. τὰ τοιαῦτα, aut τὰ περὶ τὰς ταφὰς, *illos, quibus res est cum funeribus.* conf. Gu. Canteri Nov. Lect. 7, 7. 16 συνεξάπτεσθαι, ut etiam cod. V. 17 αὐτῶν] scil. τῶν γυναικῶν. quamvis γυναικὸς praecesserit. Est hoc de genere orationis turbatae et regulis grammaticis parum respondentis, sed ubi sensus ipse rectum monstrat et legenti suggerit. 20 αὕτη. *haec.* 27 aut deest hic aliquid, aut leg. καὶ τὸ σπέρμα μὴ προγέγονεν αὐταῖς τὸ γόνιμον. *non prius, quam viri, gignunt semen prolificum, idque ob frigus.* 28 παρέχουσιν, nisi si quid interciderit, quod valde probabile mihi sit, ut jam monui. 31 ψυχρότατον. subaudi μέρος. 40 aut καὶ οὐχὶ, aut οὐχὶ δὲ μᾶλλον. 41 aut in ἐξωθεῖται vitium est, aut in τοιαῦτα. Aut itaque leg. δασύνεται, vel ἐξανθεῖ, aut, servato ἐξωθεῖται, τὸ τρίχωμα καὶ τὰ τοιαῦτα. 44 πυκνότεραι in foemin. scil. αἱ γυναῖκες. 45 ἔτι] erat igitur Avitus jam ἔξωρος, senex decrepitus, qui foeminae non amplius accubabat. 46 αὐτοί. 49 οὐ μὴν ἀλλὰ] dubitet cujusnam haec verba sint Xylander. Sunt enimvero Flori, ut consta e vs. 5, qui etiam

sequentem quintam quaestionem orditur, huic quartae absque interstitio copulandam. unde patet, illos quaestionum titulos aut initio librorum quorumcunque, aut ad marginem quaestionis cujusque ponendos esse, non autem in medium orationis cursum, quem intercipiunt, intercalandos. *penult.* ὑμῖν, *vobis*. alloquitur enim cum Avito Plutarchum, et hunc praecipue, quia ejus erat, hanc ad quaestionem respondere, ut e vs. 5. constat.

652. 2 λόγῳ recte dat Basil. et pariter vs. 8 προςλαμβάνειν. 9 ἔχουσι. est enim Dat. plur. et pertinet ad ἡμῖν. ὁμιλῆσαι autem est tertia pers. sing. Optativi. 10 ταῦτα, εἶπεν ὁ Φλῶρος, ut reddidit quoque Xylander. Sententia est: ea disputandi via, quam Protagoras instituit, si omnibus applicetur, omnia reddet incerta. Protagoras Abderita, Democriti discipulus, de omnibus rebus in utramque partem disputavit, ut patet e titulis superstitibus librorum ejus quorundam, qui ipsi perierunt, e. c. scripsit libros ἀντιλογιῶν et τέχνην ἐριστικήν. Ille prior liber videtur idem esse cum eo, quem Cicero memorat *rerum illustrium disputationes* appellans. vid. Fabricii B. Gr. T. I. p. 823. 15 f. τῷ. *quomodo instītues hoc demonstrare?* 22 f. ἀναστέλλειν *repellere, retro agere.* potest tamen vulgata defendi, si περιστέλλειν accipiatur pro *obvolvere, tegere, claudere*, eoque exitum et elapsum prohibere. 25 καὶ secundum delend. aut cum δὲ mutandum. 29 πρὸς ἐκεῖνα. nam duo pharmaca somnum conciliantia, mandragoram et opium,

opium, aut potius omnia, antea nominaverat. 38 περὶ τὰ γυῖα] id est περὶ τὰ ἄκρα, *manus et pedes.* quod Latini *artus*, id Graeci γυῖα appellant. 39 aut περὶ τὰ ἄκρα, aut ἐν τοῖς ἄκροις. 40 f. ἐκπήξῃ. *plane fixerit, immobile fecerit, congelaverit.* 45 ἀλλὰ] l. ἅμα. 53 τινὸς] l. τίς.

653. 6 post δυνάμεως deest κυρίῳ vel simile quid. deinde leg. ἰᾶσθαι. 8 paullo elegantius erit ἡμεῖς δ' αὖ. 11 μὴ] l. δή. 14 προσπεφοιτηκότες. 15 Epicurus quoque Symposium scripsit. v. vs. 25. et supra p. 652, 4. et Fabricii B. Gr. T. II. p. 807. 21 loco οὐχὶ leg. videtur εὐθὺς et lacuna tollenda; nihil enim deest. Locum Xenophontis (est in fine Convivii) H. Stephanus attulit. 28 ἀνακρούσει, in Dativo, ob praecedens σωφρονισμῷ. 30 παρὰ πότον. 31 ante διατιθέντος deest κακῶς, ut jam H. Stephanus observavit, vel οἰκτρῶς, aut simile quid. 35 f. ἄτοπον, aut ἀπειρόκαλον. 40 Cogitavi aliquando προσμάξαι. si bene habet παραλλάξαι significabit hic loci *inserere in alia alterius generis, interpolare.* 42 καὶ τοὺς Ζήνωνος et διαμηρισμοὺς. hoc de postremo consentit quoque Salsius et Leopardus Emend. 17, 22. *Politiam* Zeno quoque scripsit, vid. Fabric. B. Gr. T. II. p. 415. 48 malo cum Stephano, quam cum Xylandro facere. Illi quoque cod. V. consentit, οὐκ ante ἀκριβῶς inserenti. 51 ἐκ τῶν τοιούτων, id est ἐκ ταραχῆς καὶ σάλου. *corporibus ex uno genere tumultus et concussionis in aliud genus transeuntibus.* ult. συνδεῖν, *colligare*, recte dat Basil. et Salmas.

 654.

654. 2 probo Xylandri κινέμενον, eoque adscito in vs. primo lego ἀνάρπαστον, aut ἀνάσπαστον. possset quoque locus ita constitui: κίνδυνός ἐστὶν ἀναλυθήσεσθαι [vel καταλυθήσεσθαι] τὸν ὄγκον, ὥσπερ οἶκον ἐκ θεμελίων ἀνάρπαστον [vel ἀνάσπαστον] γενόμενον. deinde lego: ἔδει γὰρ, εἰκὸς ῥεῖν τηνικαῦτα. 6 f. καὶ τὰ πνεύματα. 7 ὑφ' ἑτέρας] f. πρὶν ἑτέρας. 8 f. συμβάλλοιτο [vel συλλάβοιτο] δ' ἄν τι καὶ τῷ Επικέρῳ ὁ ἰατρικὸς λόγος. *suppetias quoque Epicuro ferre videri possint medicae rationes.* aut συμβάλλοιτο δ' ἄν τις τῷ Επικέρῳ κἀκ τῶν ἰατρικῶν λόγων. 9 τῆς πέψεως, *mane jam claro die, concoctione jam perfecta*, et sic quoque Xylander. 10 ἀσθενέστερος. 12 τὸν ἐκ τῆς συνεσίας ἄραβον. 20 f. κελευέσης ἔτω πως ὑπεξέφυγε καὶ παρήγαγε, λέγων πρὸς αὐτὴν, ἐν ἀρχῇ μὲν — 34 κρατίστην *omnium numinum ipsi, nocti* puta, *convenientissimam.* 30 f. ἐνεθυμήθη γὰρ — *cogitabat enim, ni fallor sic,* Menander scilicet, *recte his sacris operari eos, qui tenebras veluti velum sibi obducant.* 37 forsitan est αἴδεσθαι verbum poëticum, a prosaico flagito αἰδέμενον, aut αἰδήμον. 38 μὴ recte deest editioni Basil. 39 ἐκριπίζει τὰς ἐπιθυμίας. *quibus inhaerere, rursus stimulat et velut flabro admoto ventilat cupiditates.* 41 σφοδρά. pertinet enim ad ὄψις. *ibid.* ἀγείρεσα. *commendicans velut et consciscens.* 51 post ἀνάπαυσιν aut post ἀρχὴν addendum νομιστέον, aut simile quid. *ult.* ἐλαστίναι τε καὶ ἠχ. SALMAS. *ibid.* τρισμοί. *stridores*, a τρίζειν, et sic quoque cod. Turneb. *ibid.* f. ὑπορ-

f. ὑποϱϑϱιασμοὶ, aut ἐποτϱυσμοὶ, *ſtimulationes, clamores feſtinare jubentes.* ab ἐποτϱύνειν, *inſtare, urgere.*

655. 3 ἐδ' ἔτι θύϱσος, *neque amplius thyrſus Bacchi amicus eſt.* Salmaſius porro ſuadebat Βακχεῖς φίλος, ut verſus conſtaret. 13 αὐτῷ. 15 f. πεϱὶ τὸν ὄγκον, ἠϱεμέσης κατά γε τὴν νύκτα τῆς ψυχῆς, ἢ μὴ μεταθείσης ἐξ ἕδϱας ἀτόμες, ἥ φησιν — aut διὰ τὸ τὸν ὄγκον ἠϱεμεῖν, ἠϱεμέσης κατά γε τὴν νύκτα τῆς ψυχῆς, et reliqua, ut praeſcripſi. Conferunt huc quaedam veſtigia lectionis vetuſtae, quam Aldina et Baſil. exhibent. v. var. lect. 19 χϱῆται aut κεχϱῆται, *quo tempore uſus fuerit venere.* 20 μή τι ἄϱα. 28 nihil videtur deeſſe, ſi διὰ deleatur et ſic conſtituatur locus: λυσσώσῃ συνεσίᾳ. τὸ δὲ μακάϱιον καὶ ἄφθαϱτον ἔσω μὲν Ἐπικέϱῳ οἴεσθαι αὐτῷ, μὴ φϱοντίζειν. *liceat quidam Epicuro ſic de diis cenſere, eos non curare humana.* 31 f. εὖ ποιῦντας ἑπομένες, ἐξευλαβητέον ἐστὶν ἔς θ' ἱεϱὰ ἐμβάλλειν. 35 νέα absque jota ſubſcripta. nam ἐφ' ἡμέϱῃ ſignificat *ſtatim ab initio diei.* 40 πιθοίγια. in Neutro plurali. per μηνὸς deſignat Antheſterionem, et haud ſcio, an nomen hoc deſit. 46 βεβαίως. 47 f. μετὰ τὸ δεῖπνον εἰσαγομένε τῦ οἴνε. nam poſt dapes ablatas compotationi vacabant. 51 γλεύκες. penult. f. πϱοελθῦσαν. ſed ſaepe πϱὸ et πϱὸς in compoſitis permutantur.

656. 4 f. ἔν τισι νέοις [an παλαιοῖς] γϱάμμασιν, et τυϱὸς γλυκὺς μιχθεὶς οἴνῳ. 5 f. τῶν δὲ ἰατϱῶν τινας κελεύειν τὲς πλέον πιόντας καθεύ-

καθεύδειν, εἶτα — aut etiam loco verbi λέγει potest suffici ἐμεῖν. 13 f. συμμένον. 15 f. ποιεῖν [ut etiam recte dat Ald. et Basil.] τὸν οἶνον. βελτίων δὲ γίγνεται παλαιωθείς. 25 f. εὖ καὶ καλῶς. 31 recte οὐκ abest ab editione Ald. et Basil. 37 f. ἐκείνη, cum vel in illa, scil. τῇ διανοίᾳ. 42 aut ὑπερβολῇ, ut cod. Turneb. aut μεθ' ὑπερβολῆς, aut δι' ὑπερβολῆς. 49 οὐδὲν δὲ καθαίρει. 51 ἔνιοι delendum.

657. 3 προαγαγὼν in Aoristo. *postquam produxerit*, aut *abduxerit.* 5 καὶ παροξύνῃ. 6 αὖθις καταδύοντα καὶ καθιστάντα. *rursus evanescentem et in suum priorem statum reducentem.* 12 f. οὐ νήφοντος. quae sequuntur de harmoniis musicis, quia musicam non calleo, non intelligo. quapropter etiam praetereo. 29 τὸ νοηρὸν aut νοητικὸν *id in quo vis cogitandi inest.* 30 μουσικωτάτη πασῶν. ut etiam H. Stephanus et cod. Turneb. 31 v. Hesiod. *Oper.* vs. 464. 36 ἐντείνεσθαι. *penult.* aut pro εἶναι leg. ἦν, aut ἐδόκει εἶναι.

658. 6 ἔφησεν ὁ ἰατρὸς. 7 f. τῆξιν εἶναι καὶ ῥύσιν σαρκὸς, εἰς ὑγρὸν φθορᾷ μεταβαλλούσης. *putredinem esse colliquationem et fusionem carnis per corruptelam aliquam in liquorem abeuntis.* 10 κωλύειν σήπεσθαι, et ἀπισχναίνειν, et sic quoque Salmas. 15 in edit. Ald. et Basil. est καθαυανεῖ, quod rectum esse constabit ex iis, quae ad Constantini Porphyrog. Ceremoniale p. 245. C. 5. dixi. 22 f. καὶ τῷ μᾶλλον κατὰ τὸν τῆς θερμασίας καιρὸν τὸ σύμπαν ἡμάρτηται. οὐχὶ γὰρ τὸν ἥλιον ὁρῶμεν — *at in eo, quod*

*caussa*

*caussa hujus rei quaeratur et ponatur in quantitate et majore gradu caloris, toto coelo fuit aberratum. nonne enim videmus, solem per hyemen quidem minus corpora calefacere, per aestatem autem putredini dare?* 26 συνδιαφθείρει. 41 οἱ ἐργολαβοῦντες non sunt hic loci structores vel architecti balneorum, sed eorum locatores, qui ea a re publica certa mercede conducebant, et ex eo quaestum faciebant. 46 χαλαστικὰ τῶν ἐν τοῖς σώμασιν ὑγρῶν. *a se emittente effluvia, quae inclusos corporibus liquores resolvunt.*

659. 2 κυανέου πόλου ob sequens ὠκυτόκοιο σελάνας. 8 πάντες] num πάντητες aut παντῆτες, *per totum annum*, ut τῆτες, *hoc anno.* proximam lacunam non expleo. requiritur nomen vermis frumentum corrodentis, aut alius talis noxae grana ferientis. 12 f. ἡ γὰρ ζύμωσις ὀλίγον ἀποδεῖ τοῦ σήψις εἶναι. 13 καὶ μεταβάλλουσα. 21 f. Φῶς ἔχον [vel κεντημένον] ὑγραντικὴν καὶ μαλακτικήν. v. Vrsini animadv. ad fragmenta poetar. Lyricorum p. 299. 23 aut ἀσηπτότερα, aut τὸ κρέας. et deinceps f. Φαίνεται ξηραντικόν τι ἔχων. 27 καὶ ἐμπίπτουσα, vel προσπίπτουσα. 32 δυσαλδῆ *difficilius sanabilia.* laborat eodem vitio Hesychius, qui tamen δυσάλδητος in continenti habet. 34 ὅτι δὲ τῷ σ. 36 ἄδηλον, ut etiam codex T. 39 ἔχει.

---

# CONVIVIALIVM SERMONVM LIBER IV.

4. f. ποιήσασθαι, συνίης ἔμπειρον ὄντα πρά-

*ξεων τῶν πολιτικῶν. intelligis, eum rerum civilium gerendarum peritum fuisse.*

660. 1 φιλία. et ſic quoque Salmaſ. 2 πολιτικὸν ἄνδρα vel πολιτικοὺς ἄνδρας. 4 ἔχει. 16 παιδιᾶς. 19 f. καὶ συνηθοποιόν. *facultatem homines ſibi familiares faciendi.* 24 τὸ μαλασσόμενον ἐπ' αὐτῷ. 27 f. τῇ ἀνέσει τὸ φιλάνθρωπον ἐγκέρασον καὶ τὸ ἱλαρὸν κεχαρισμένον, ἄν τις ἐμμελῶς ἅπτηται, καθάπερ σφραγῖδι, φιλίας ἐυτυπώτων. aut καθάπερ σφραγῖδος, φιλίας, ἐυτυπώτων. Prius ſi optes, redibit σφραγῖδι et φιλίας ad ἐυτυπώτων. id quod etiam praefero. *quum animi adhuc flexiles et ſequaces amicitiae, et ab ea, tanquam a ſigillo, fingi formasque impreſſas accipere ſunt faciles.* ſi poſterius, redibit ad ἅπτηται. quod paullo durius et inconcinnius: *ſi quis amicitiam bene tractare ſciat, tanquam ſigillum.* 36 f. νεανικῆς. et ἅμα τῷ Φιλίνῳ τὸ νέον. *Philini* nomen pro *Philone* hic reponendum eſſe, viderunt jam Xylander et H. Stephanus. τὸ νέον tamen nondum ſatis facit. num ἅμα τῷ Φιλίνῳ τῷ πυρινῷ ἄρτῳ. aut loco τὸν νέον leg. μόνον. 38 Locum hunc Homeri in Indice Seberi non invenio. quo fit, ut ignota ſede et origine ejus, applicationis quoque venuſtatem non perſpiciam, et locum non intelligam. deinde recte dat Baſil. ἀνεπήδησεν. *Philo exſiliebat e lecto tricliniari et exibat, ut aliquid peteret quod Philino et ejus filio epulandum apponeret.* 44 non puto Graecum nomen eſſe Σώσαστρος. quare lego Σώστρατον aut Σωσίστρατον. 45 διαβιῶναι. 49 deleto illo inutili χοις et ſublato lacunae ſigno,

ſigno, credi poteſt, nihil deeſſe. aut, ſi quid deſit, poterit συνεθίζων ſuppleri. ὀκ ante ἄκραν accipio pro ὀχὶ, *nonne?* 50 f. ἔχει τοῖς ἐν αέρι καὶ δρόσῳ — σιτεῖσθαι. *nonne demonſtrationem omni controverſia majorem praeſtat illis, qui ſe jactant aura et rore paſci, tanquam cicadas?* 52 δειπνήσοντες. *atqui neſciebamus nos hecatomphonia epulaturos eſſe*, id eſt, opiparas omni genere lautiorum inſtructas dapes. id enim ſi praevidiſſemus futurum, attuliſſemus nobiſcum, ut antipharmaca adverſus inſalubres dapes, tenues quosdam et ſalubres cibos.

661. 22 Olim conjeceram τὸ ἀπλούστατον ἔλαιον. ſed poſtquam inſpexi var. lect. praefero τὸ ἀωδέστατον cod. Turnebini. quamvis inſolens ſit ἀῶδες, potuit tamen Plutarchus id formaſſe juxta εὐῶδες. 23 εὐπαθέστατα, adverbialiter, *facillime.* ad τροφῆς pertinet τὸ ἀφελές. 29 δυσσύμβατος. 34 καὶ τὸ ἀνώμαλον. 35 ὧν ὀδὲν ἄλλο. 38 aut εἰ δὲ δὴ δοκῶ, aut εἰ δὲ δή τινι δοκῶ, aut tandem εἴ γε μὴν δοκῶ. 40 f. ποικιλότητι. 41 ἢ ὂν πολυμιγία. 49 f. ἐν τῷ ποικίλῳ τὸ ἀφελὲς καὶ αὐταρκες.

662. 3 num ἀντιλαμβανομένην ὑπὸ τοῦ περιττοῦ, aut ἀνακαιομένην ὑπὸ τοῦ περιττοῦ. 9 aut ἐκβιβάζουσι, gemino β, aut ἐκβιάζονται. nam βιάζειν in Activo non eſt uſitatum, terſis quidem ſcriptoribus, ſed plebejum eſt, cujus rei exempla quaedam ad Arriani diſſert. Epictet. I, 18. p. 102. 4, dedi. deinde videtur nihil deeſſe. 13 ὀχὶ δὲ μᾶλλον. ad quem Platonis aut Xenophontis locum reſpiciat Plutarchus, nunc non ſuccurrit

rit, nec vacat quaerere. 35 παρ' Εὐπόλιδι. scripsit Eupolis fabulam, cui titulus Αἶγες. vid. Fabric. B. Gr. T. I. p. 761. Non poenitebit ad h. l. P. Leopardi Emend. 8, 10. conferre, ubi lectionem Eupolideae dictionis, quae apud Macrobium exstat, cum nostra confert. 46 ἀθετεῖ, μάλα ἐμπείρως τὰ λ. 51 διαίτη οὐ καλῶς.

663. 3 f. ἐξ ὁμοίων καὶ ἀνομοίων [aut ἐξ ὁμοίων ἀνομοίοις μιχθέντων] ἀναλαμβάνει. 9 f. οὕτω δὲ καὶ ἄλλων ἐπὶ τὸ πρόσφορον ἑκάστω ῥεπόντων, τῇ θερμότητι τῇ ἐν τῷ πν. 13 εἴ τε μὴ — sive haec res secus habeat. respondet hoc εἴ τε illi superiori vs. 3. 16 f. ἀπαθὴς, ut redeat ad τροφὴ, aut addendum τὸ ὅμοιον, id quod praefero. 25 συγκεραννύντα. redit enim ad Philonem medicum. 40 ἐνστῆναι, id est ἀντιστῆναι, vel ἀντιβῆναι. 53 κύαμον] alibi legitur κύμινον. SALMAS.

664. 17 ἥλω leg. esse pro ἡλίω videram ante inspectam Xylandri notam ad h. l. cui vera lectio non latuit. *terram ab aëre velut impacto clavo findi.* 20 f. γεννῶσι, πῶς γεννῶσιν οὐ δεικνύουσιν. *non ostendentibus quomodo generentur.* 26 βόλβος recte dat editio Basil. 40 ἄπεισι. 42 συνεμπνίνει. *simul imbibit.* 43. aut delend. τὸ secundum, aut leg. ὥστε τὸ μάλιστα προσηνὲς. 45 ἐμποιεῖ. 47 locum hunc non intelligo, id unum video vs. 49 post ἱερεῖς excidisse ἰριδόσκηπτα, *in quae iris incidit.* quomodo autem iris incidat in arbores, aut nubes, e quibus colorata iris velut efflorescat, non capio. adscribam Salma-

Salmásii annotationem [ἐρίσηπτα καλῦσιν vel ἐρίσκηπτα. v. Hesych.] 50 πολλῷ.

665. 1 ἄῤῥιζον ὂν καὶ ἄβλ. et τὸ καθ' ἑαυτό. 13 recte vidit Stephanus τὸ νόμισμα supplendum esse. unde locum sic restituo ὑπεζωσμένε διέτηξε τὸ νόμισμα παν καὶ συνέχεεν. et sic quoque cod. V. et T. *illo homine subligatam habente zonam plenam numis aeneis, eos numos omnes liquavit et in unam massam confudit fulmen. ibid.* τὸν δὲ] l. τὸν μέν. redit enim ad οἶδα vs. 10. superiore. 19 λυχνίων.] Basil. habet κυλιχνίων. qua in lectione nihil reperio, quod improbari debeat. 20 ἐγκειμένων. 30 ἐντριβομένην. *infrictam*, adspersam, afflatam, ita insertam in corpus atque infixam, ut excuti et exteri nequeat. 32 γὰρ] l. μὲν. 33 f. παρατετρώχθω. *hactenus quidem mihi licuerit hanc disputationem velut laurum praemordisse et extremis labiis degustasse*, ibid. ἔφην. 34 f. παρακαλῶμεν ἐπιμετρεῖν. ἐπεὶ. 36 ἐναργέστατα. 37 ἡ τῇ τέχνῃ. 38 Φήσει τις. 41 f. καὶ ταύτην τὴν αἰτίαν, τῷ πρόδηλον εἶναι, προσίεσθαι πειθέσης, οἱ μὲν ἄλλοι ἐσιώπων, ἐμῦ δὲ π. 49 aut περὶ del. aut leg. αὐτόθεν περιττὴν γένεσιν. 51 post αὐτῷ deest aliquod Participium neutrum, e. c. μεταβάλλον. 53 f. τὸ παρ' αἰθρίης στέγει σέλας. *nihil sustinet ignem, quem Jupiter e sereno coelo jaculatur. penult.* nihil videtur deesse, sed in ἀποστέγει vitium est. num ἀποστάζει vel ὑποφεύγει.

666. 9 ἀνώμαλον] f. ὁμαλὸν, aut, quod idem est, ἁπαλὸν. addendum quoque aut hic loci, aut post μανὸν est ἐστὶ. 15 διϊσταμένοις suspectum.

ctum. Sententia flagitat διελαύνουσι vel διαφερομένοις. probo igitur cod. Turneb. διϊπταμένοις. 16 f. προσβαλλομένη. *natura, quando res duras et densas rebus parum firmis objicit, tunc has munit, et arcet illarum noxam, eo, quod effecit, ut minus firma minus quoque ab illis duris paterentur.* προσβαλλομένη in medio dixit pro προσβάλλουσα. 38 τῶν ἄλλων si bene habet, est pro τῶν πάντων. alias legi posset τῶν ἀνων hoc est ἀνθρώπων. 42 αὖτις] editio Basil. dat αὐτῆς. forte ταύτης, aut εἴς τις. 43 jam ante me vidit Xylander leg. esse ὁ Ἀβδηρίτης. 47 παρασκευῆς. 49 f. ὡς οὐ βεβαίως οὐδὲ θαῤῥαλέως τοῦτο ποιήσοντας, λάθρα ἐπισυνάπτουσιν. 50 f. περιφράττειν τὴν νύμφην, Δεινόν σου νύμφης πρᾶγμα πλουσίας, ἔφη, λέγεις. ἀλλ' ὅπως μή, τὸ πάντων ῥᾷστον, ἐγκαλεῖν ἑτέροις δοκῶμεν, αὐτοὶ μηδὲν λέγοντες, ἀποφαίνομαι πρῶτος, εἶπεν, ἐγώ. *Menander ad illum, qui jusserat sponsam patinis circumsepire, dicebat: Formidandam ergo rem dicis divitem sponsam. verum tamen ne videamur, id quod rerum omnium effectu est facillimum, alios reprehendere, ipsi nullam de nostro penu sententiam proferentes, primus ego, ajebat* Sosius Senecio, *declaro* — etiam in cod. Turneb. est εἶπεν. Improbum foret, a meaque simplicitate alienum, dissimulare, magnam et optimam hujus emendationis partem Scaligero deberi. v. Epistol. Scalig. III, 232. p. 497.

667. 8 κἀκεῖνο δὲ πρόσθες. 15 δὴ] l. δέ. 19 pro Γαληψὸς leg. esse Αἰδεψὸς praeter Xylandrum etiam Palmer. Exerc. p. 224. et Berkel

ad

ad Stephanum Byzant. contendit. deinde lego ἐ τὰ θερμά ἐςι, χωρίον αὐτοφυῆ πολλά. 32 ἥδιςον] subaudi αὐτὸν. efficiebat, ut ille Callistratus videretur suavissimus. 33 de Cimonis liberalitate v. Athen. p. 531. 45 videtur Nicopolin ad Actium significare.

668. 1 f. σῦκα ἐπεδθίων ἤσθη, ἐδὲ τὸν — 3 f. περὶ τὰ ἰχθυοπώλια ἀναδύοντας. *qui identidem circa piscaria fora emergunt*, h. e. in conspectum prodeunt. *ibid.* κώδωνος] campanula in foro piscario dari solebat signum, si recentes e mari pisces appulissent et venum exponerentur. quem ritum egregie exposuit Hadr. Junius Animadvers. 3, 11. 9 volebat dicere: nolim te rumpi, ne scilicet, te sublato, qui piscium ad hoc temporis magnam vim absumsisti, pisces tantopere multiplicentur, ut verendum nobis sit, ne impetum in nos edant et nos devorent. 10 τί ποτε βέλεται;] hoc nempe: tenui victitas, cum posses in lautissimis quibusque vivere, et cuticulam curare. 14 τί γὰρ; *quid enim;* scil. *existimas?* quid tibi videtur? ἐπ᾽ ἀκτῆς τις λήκυθον. *in littorene quis esset vitellum ovi?* 19 τῆς πόλεως Latinismus est pro τῆς Ῥώμης. 21 γὰρ] l. ταρίχες. et deinde ὅσην. v. Athen. p. 275, 1. unde patet, locum hunc e Polybii L. 31. depromptum fuisse. 26 ad h. l. conferri meretur Athenaeus pag. 340. Ipse Noster Androcydae exemplum paullo ante p. 665, 35. attulerat, et Antagorae p. 182. *fine.* 32 πράξεις ἂν γράφειν. 35 f. ταῦτα μὲν εἶπεν ὁ Πολυκράτης. ἐγὼ δὲ συμβάλλομαι, ἔφην, τοῖς — 42 f. ἀπο-

φαίνου-

φαίνονται, τῷ [id est, διὰ τὸ] ἀπέσης τῆς ἐλπίδος, ἐδ' ἡδυνέσης, ἐκ ἀνεκτὸν εἶναι τὸν βίον. 50 ἥδιον] l. ἴδιον, *proprium*, v. pag. 685, 7. aut ἥδιςον leg. 51 aut ὥσπερ cum καὶ mutandum, aut ἀσκηταὶ cum ἀθληταί. *ult.* paucis literis adjectis locus hic integrari potest sic: ὡς γὰρ τὰ χρώματα φωτὸς, ἔτως οἱ χυμοὶ ἁλὸς δέονται πρὸς τὸ ξῦσαι τὴν αἴσθησιν. et ad hunc quoque modum locum correxere Xylander et Stephanus.

669. 5 τῇ ἄλλῃ τροφῇ. 15 nescio, quid sibi velit ἄλκιμον. 19 ἄλλων.] l. ἁλῶν, ut recte dat cod. Basil. et Turneb. 29 σοι delend. τὸ δικαιότατον κρέας appellavit suillam, scil. ἐσθίεσθαι, *quae comedatur*, quia sues sunt animal homini noxium et ejus operibus, ideoque justum et aequum esse porcos vorari, quia alias humanum genus ipsi devorant. 33 τρέφεταί τε et τὸν αὐτὸν ἀέρα. 34 ἃ accipio pro δι' ἃ, *quapropter.* 40 f. ἐδὲν γὰρ ἂν τις ἔχῃ, vel ἔχοι χρήσασθαι ζώῳ, ὃ — 49 πῶς ὑμῖν. *penult.* f. παρ' ἐκείνων.

670. 1 θολερὸν] quod in coeno volutatur. v. p. 671, 4. deinde ἀλλ' ἐ κανθάρε γε. porro probo lectionem cod. Turneb. γρύλλε. 4 recte editio Basil. ἄλλοι ἄλλοις προσφέρονται dat. porro probo quidem ἀπὸ τῆς χρείας, quod aliqui codd. suggerunt, id tamen ad integrandum locum non sufficit. 5 τῷ προέχοντι τε ῥύγχες. 11 τὰς ὗς εἰσέβαλλον. 20 f. καὶ τὸν λέοντα vel τὸν δὲ λέοντα. 23 καὶ deleto sic distinguendus est locus: κρῆναι δὲ κατὰ χασμάτων λεοντείων.

τείων. *putei quoque per rictus leoninos effundunt aquas.* post haec dudum scripta incidi in locum Vanni Criticae, p. 550, ubi Dorville prorsus eodem modo emendavit. 26 ὅσον παιδὸς ἄρτι γεγονότος. 38 recte deest δὲ Basil. editioni. 40 f. εἰ μὴ, νὴ Δία, καὶ τοῦ λαγοῦ φήσει τις. et sic fere quoque Xylander. 42 f. οὐ δῆτα, ἔφη ὁ Λάμπρ. 44 f. μισούμενον μάλιστα θηρίον, ἐμφέρειαν. 45 f. μεγέθους μὲν ἕνεκα καὶ τάχους οὐδὲν ἔοικε τοῖς ὄνοις ὅμοιος εἶναι. ἡ δὲ χρόα. 47 ἁλμυρὸν] f. λαμυρὸν, v. p. 693, 25. *impudens, protervum, petulans.* v. tamen p. 685, 45. qui locus vehementer conjecturae nostrae officit et vulgatae patrocinatur. deinde f. μηδὲ μικρὸν, μηδὲ μέγα τῷ ὄνῳ τὴν μορφήν. 49 ὁμοιότητας] f. ποιότητας vel ἰδιότητας. *nisi forte morem Aegyptiorum in venandis et interpretandis animalium propriis cuique dotibus imitantes.* 51 αὐτῷ. 52 ὀξυηκοΐα. *penult.* σημαίνουσιν οὓς λαγωοὺς γράφοντες.

671. 2 ἐγγενομένης. *natae in corpore.* 7 μετὰ] l. τὰ, ut sit hic sermonis ordo: ἔξω λόγου τιθέμενοι τὰ τὴν γένεσιν — *exclusis*, aut *in censum non admissis illis animalibus, quae in coeno nascuntur et pascuntur.* 8 ἐγκεκλᾶσθαι. 9 ταῖς ὄψεσι] *quoad vim intuendi*, vel *quoad illas partes, quibus intuemur.* 18 οἱ δὲ] subaudi λέγουσι, quod tamen mallem expressum habere. 22 a v. θαυμάσας credo incipere sextum πρόβλημα in quo tractatum olim fuit, quod index capitum docet, quisnam Judaeorum deus fuerit. nam sequentia nihil cum argumento quintae quaestionis

nis commune habent. Jam non amplius de Judaeorum erga porcos odio ſermo eſt, ſed id agit Moeragenes, ut demonſtret, Judaeorum deum cum Baccho eundem fuiſſe. Ex eo quoque, quod argumentum ſeptimae quaeſtionis e diſputatione de Sabbato (v. infra vs. 50. p. 672. *init.*) ſumtum fuerit, patet, hoc quod ſupereſt, non quintae quaeſtionis, ſed ſextae partem eſſe. Index enim capitum monſtrat in ſeptimo quaeſtionem tractatam fuiſſe, quare dies de Saturno dictus id nominis acceperit, quum tamen non Saturno, ſed Baccho, ſacra eo die Judaei facere conſueviſſent. poſt haec dudum literis conſignata incidi in locum Caſauboni, comm. ad Theophraſti charact. 6. ubi idem prorſus obſervavit. 23 πᾶν] l. πᾶσι. *id quod poſtremo loco dictum fuerat.* 24 πατριώτην θεὸν] erat enim Lamprias Thebanus. Thebis autem natus erat Bacchus et in magno honore habebatur. 36 aut τῇ γὰρ λεγομένῃ νηςείᾳ leg. aut excidit aliquod Participium Accuſat. regens, πανηγυρίζοντες, aut ἑορτάζοντες. 38 καθιᾶσιν] l. κλισιᾶσιν. a κλισιὰς, άδος. *chambre*, Belgice *vertreck.* 41 ἂν] l. αὖ. *non jam amplius*, et καλȣμένην. 42 κραδηφορίᾳ recte exſtat in edit. Baſil. *geſtatio ramorum ficulneorum.* 47 f. προΐασιν. *prodeunt in publicum*, vel *extra templum.* 53 σιν] l. οἷον, et opple lacunam. nam nihil deeſt, quemadmodum intelligi poteſt e Demoſthene. Aliter emendavit hunc locum Sevinus in hiſtoria Academiae Inſcriptionum Pariſinae T. III. pag. 53. verſionis germanicae. *penult.* τȣ̃το μὴ] Baſil. dat τȣ̃ αἵματ

et

et πρὸς τὴν σέβησιν. unde credo effici debere φαίη τοὔνομα πεποιῆσθαι πρὸς τὴν σόβησιν. *Sabbati nomen formatum fuisse a verbo* σοβεῖν, *schwermen, bacchari, tumultuari*, strepitum et clamorem conciere atque discursitare. *quae sunt bacchantium.*

672. 1 f. ἔτι τὸν Σαββάσιον τιμῶσι, *se Bacchum Sabbasium colere.* 4 f. καὶ ταῦτα μέντοι καὶ ἐκεῖνα ἐοικότα — *praeter jam dicta etiam haec nunc dicenda asseveret aliquis Bacchicum cultum in sacris Iudaeorum quam maxime referre.* 5 v. Bernard. ad Josephi 3, 7. p. 153. *ed. Havercamp.* 10 num χαλκοδρύπτας, aut χαλκοδρυπτρίας. 11 locus hic gravi in mendo cubat, neque sanavit medicina Turnebi. et sane nescio, an ea ulcus attigerit. neque ad manum sunt scriptores antiquitatum sacrarum, qui locum hunc tractaverint. Cunaeus quidem eum fine secundi L. Reipl. Hebraeae refutavit, sed sententiam retulisse contentus verba ipsa apponere et emendare insuper habuit. 13 προσήκει. 15 μέθυ. *potus inebrians.* 18 f. νηφάλια τὰ αὐτὰ καὶ μελίσπονδα. *Graeci quae sacra sobria faciunt, in iis melle faciunt*, vel libationes mellis in iis offerunt. 20 τοῦτο νομίζουσι.

---

# CONVIVIALIVM SERMONVM LIBER V.

672. 3 f. ἐμοὶ μὲν ἄδηλον. 12 ψεῦδος habet Basil. et Ald. propius a vero. leg. enim ψευδὲς ὂν

 Salma-

Salmasius correxit ψευδὲς τὸ. 18 καὶ ταύτας τὰς ἡδονὰς, et sic quoque codd. T. et V. 21 κορέσωσι, ut etiam cod. T. et V. *satiaverint*, et κλαυθμυρισμῶν. quod etiam tres codd. confirmant.

673. 5 λατρείας, τότ' ἤδη. 11 estne unum vocabulum ὑποσύμβολα. *non nihil symbolica* vel *obscura et indiciis levibus adumbrata.* Id si ita sit atque placeat, leg. erit ἐν ἀριθμοῖς καὶ ἄλλα ὑποσύμβολα προβάλλοντες. *positiones nominum in numeris.* sunt illae propositiones aenigmaticae, quando nomen aliquod, cujus literae certum aliquem numerum efficiunt, in medio ponitur eo fine, ut aliud nomen conjectura eliciatur, quod illi sit ἰσόψηφον, cujus literae eundem numerum conficiant. 14 τοῦ σώματος. *e corpore eximentibus*, ut etiam codex Turnebi. 15 φιλοθέαμον leg. esse, quod nostrates vocabulo non optimae notae, sed apto, reddunt *speculativum*, Xylander et Stephanus jam viderunt. 23 περὶ ὧν] nimis abruptum hoc est, patetque nonnulla excidisse. 43 μικρὸν delendum, ut sit ἐμοῦ μὲν ἄρτον. 44 ἐκ τῶν αὐτῶν ἀλεύρων. 45 probo lectionem cod. Turneb. ὁμοίως εἴ τις ἀργύριον. pen. μιμήμασιν] l. κινήμασιν, *motibus animi.* et sic quoque praecepit Salmasius.

674. 6 recte pro ἀργυρίου dat Basil. et Ald. ἀνθρώπου. *ut hominis animo delinquentis speciem accipiat aes* vel aenea statua. passus hic aliquid humani fuit Stephanus, quod bonam lectionem prava mutavit. 7 ἡδόμεθα ὁρῶντες καὶ θαυμάζομεν, ut etiam H. Stephanus. 9 πρὸς ὑμᾶς, *contra*

*contra vos*, ut recte quoque Xylander reddidit. 16 aut leg. ἄγεσθαι πρὸς τὸ οἰκεῖον, aut ἄγεσθαι καὶ ἀσπάζεσθαι [vel θαυμάζειν, vel κατανοεῖν] τὸ οἰκεῖον. 33 πυθικῷ] quem *Pythiaulen*, aut *Pythaulen* vocant. SALMAS. 45 τοὺς τὰ καθεστῶτα. 49 f. ἤμυνον μὲν τῇ μουσικῇ, τὴν δὲ ποιητικὴν ἀπεφαινόμην. Plutarchum de se loqui, sequentia declarant.

675. 1 v. Fabric. B. Gr. T. I. p. 370. 5 recte viri docti emendarunt οὐχ ἤμονας, et ablegarunt ad Homeri Il. Φ. 886. unde jam plana est sententia. Legitur ibi sic:

Κὰδ δὲ λέβητ' ἄπυρον βοὸς ἄξιον ἀνθεμόεντα
θῆκ' ἐς ἀγῶνα φέρων, καί ῥ' ἤμονες ἄνδρες ἀνέσταν.

*Lebetem novum*, vel *igni nunquam admotum, bovi pretio parem, figuris variegatum ponebat in certamen afferens, et surgebant viri jaculatores.* Ita hodie legitur. Erant jam aliqui, qui non ῥ' ἤμονες duobus vocabulis, sed uno vocab. ῥήμονες legerent, unde sententia haec nascebatur *viri eloquentes et facundiam ostentaturi.* Jam liquet, quae sententia sit Plutarchi, et quid ille scripserit. Legendum enim: τοὺς ἐπὶ ταῖς Πατρόκλου ταφαῖς ἀναγινωσκομένους ὑπό τινων οὐχ ἤμονας, ἀλλὰ ῥήμονας. *omittens etiam illos Homericos in Patrocli funere certantes* ῥήμονας seu *oratores, juxta quorundam scilicet lectionem, illam vulgarem* ἤμονες *repudiantium, quos si sequereris, eloquentiae quoque praemia concertationi proposuisset Achilles,* aut *quasi vero Achilles etiam facundiae praemia* ad

*ad certandum exposuisset.* 6 ἀφεὶς pertinet ad τῦς ἐπὶ Πατρόκλȣ vs. 4, a quibus nimis longe distat per interjecta multa discerptum. 12 Est ille Polemo, qui πίνακας scripsit, de quo vid. Fabric. B. Gr. T. II. pag. 602. fuit ϛηλοκόπας appellatus a studio statuarum inscriptiones exscribendi. 17 ἀνάθημα τῆς Ἐρυθραίας ποιητρίας. Xylander quoque *Erythraeae* nomine lacunam explet, et Petrus Faber Agonistic. 1, 3. et sic citat Olearius in dissert. de poetriis graecis p. 130. editionis a Wolfio curatae. 27 δέδια δ' εἰπεῖν debebat e lectione Ald. et Basil. effici. *metuo autem hoc quoque dicere.* aut, si δέ τι εἰπεῖν in codd. mstis fuit, effici ex eo debet δέδια δ' ἔτι εἰπεῖν, vel δέδια δ' ἐπειπεῖν, *praeterea quoque hoc addere dictis.* 39 ἡμᾶς Λυσανίȣ. nam *Lycanius* nomen Graecum non est. sequitur tamen paullo post Λȣκανίȣ. forsitan igitur nihil est mutandum. 45 λεγομένȣ.

676. 1 dubium, quo in opere Apollodorus hoc posuerit, in illone grandi viginti quatuor librorum περὶ θεῶν, an illo περὶ μύρων καὶ ϛεφάνων, an denique γῆς περιόδῳ. v. Fabricii B. Gr. T. II. p. 666. 5 recte Basil. πίττης τε καὶ ῥητίνης. et sic quoque codex T. 7 τὰ] aut hujus vocab. loco leg. κατὰ, aut delendum deinceps τὴν ἄμπελον. Blanditur quidem Turnebi conjectura ἡδύοινον τὴν ἄμπελον, sed insolentius est dicere, regio fert ἄμπελον ἡδύοινον. quam οἶνον ἡδύν. *vitis vinum* potius *fert*, quam *solum vitem.* 17 rursus recte dat Basil. τῇ τε γὰρ πίττῃ. 26 Ἐλευθέριος est nomen proprium

prium rhetoris. 30 post ἡδέως punctum figendum. ibi enim desinit una persona loqui, incipit deinde altera interrogare ὅσȣ vel πόσȣ *quanti vaenit corona ex apio?* 33 aut ȣ̓ delendum, et sane quoque deest editioni Basil. aut leg. ὄνοι ejus loco. 36 aut ὡς delend. aut leg. ὅμως, *nihilo minus*, aut σοφῶς, *scite, astute.* 37 ἰσθμοῖ, ut etiam codex T. et V. ita dicitur quoque πυθοῖ. hi sunt Dativi veteres. vetusti homines ω non habebant, sed ejus loco scribebant ο. adscribebant jota, non subscribebant. hinc nata talia ἰσθμοῖ pro ἐν ἰσθμῷ. οἴκοι pro ἐν οἴκῳ. 40 nunc melius nil succurrit quam hoc: δῆλον, ὃ κεραμέαν ὁρίζει διαβεβυσμένην σελίνῳ. *notum est illud Scolium epigramma, quod urnam fictilem describit perlusam foliis apii:* seu cujus latera perreptant apii folia, arte figuli ipsi impressa. 41 χθὼν ἡ πελασγὴ] pro his verbis citat Hadr. Junius Animadv. 3, 7. ubi aenigma hoc exposuit, ἡ Παλλάδος γῆ. 43 ἢ ταῦτα —] videtur hic loci post εἶπεν nomen dicentis excidisse et sic legendum esse εἶτα, εἶπεν . . . . ȣ̓κ ἀνέγνως τȣ̀ς τὴν πίτυν — καὶ παλαιὸν ςέμμα τῶν ἰσθμίων σεμνύνοντας. *Itane vero, dicebat — tune illos non legisti, qui pinum celebrant pro corona in Isthmis non adventitia sed indigena et patriis moribus recepta?* 46 ἐκίνησεν ȣ̓ν τȣ̀ς νέȣς. 50 ἀπέλαυον, *indulgebant sibi nostram simplicitatem deridendo*, gaudioque ex ea re capiendo se satiabant. *penult.* ὡς ἱεροῖς ἀνεπιτήδειον.

677. 1 ἀνεπειθόμην, uno verbo. *posita priore sententia mea concedebam in ipsius verba.* et sic

quoque Stephanus. 4 f. ἐπ' αἰνῆσι, *apud pinus lugubres.* 5 ὀκκόθε δὴ ςεφάνες. *unde coronas pro certaminibus sumunt* vel *petunt.* ὀκκόθε idem est atque ὁπόθεν *unde.* 7 versum hunc restituere ex ingenio arduum est in tanta rei vetustate et penuria veterum mythologorum. Asopi, de quo dictus fuit fluvius apud Corinthum, mater fuit Ciglusa auctore Pausania p. 138. *ult.* ἐξότε significat *e quo tempore.* τένδε redit enim ad ἀγῶνα. an pro γεγειότερον legi debeat τελειότερον, nescio. non est ad manus Graeviana editio Callimachi, unde mihi constaret, quid opis viri docti ad h. l. attulerint. θεὸς αἰγαιὼν, ita enim leg. duplici αι, est Neptunus, imperator maris Ægaei, vel τῶν αἰγῶν, *fluctuum procellosorum.* Ponam hic uno in loco collectas Salmasii ad hoc carmen emendationes. Legit igitur vir ille doctissimus vs. 11 Ἀλητιάδαι et γεγειότεροι; vs. 14 ζήλῳ τῶν νεμένηθε [sic quidem in schedis reperio, nescius an recte enotaverim] v. 16. Προκλέες. H. I. 14 ζήλῳ τῶν Νεμεῆθε. 15 ἣ, *quae*, in Nominativo, et Ἐφύρης. 16 nescio haec lectio proba sit et servanda, an Προκλέες leg. paullo post quidem Προκλῆς appellatur. alterutra lectio sane sola obtinere potest. 20 Ξεναρκράτῃ. 22 de voc. ζωρότερον vid. Casaub. ad Theophr. Charact. 5. 27 ἀπισχυρίζετο. 33 ζωρότερα. SALMAS. 40 τὸ δὲ ζα μέγεθος εἰωθέναι. v. ad h. l. H. Lindenbrog ad illa Censorini c. 19. *sunt qui tradant hunc annum trimestrem Horum instituisse, eoque ver, aestatem, autumnum, hyemen, ὥρας, et annum ὧρον*

*dici*

*diti, et graecos annales ὤρυς, eorumque scriptores* ὡρογράφυς.

678. 4 ἄλλοις] id est ὑπ' ἄλλων. *vix invenies in Iliade praeter Achillem alium quemquam, qui suis equis pabulum ejusmodi objecerit.* 5 χίλον per jota, quo nomine pabulum equorum omne continetur. et sic quoque codex Turnebi. 23 κατακλίσεις quod aliquando mihi suspectum erat, uti etiam Xylandro fuit, bene habet. quamvis enim auctor hic de ratione convivarum accubitus ordinandi non agat; qua de re jam quaestione secunda L. I. praeceperat; attamen illuc respicit, et illam difficultatem, ait, quae convivarum ordinationem premat, tanto majorem fieri, tantoque manifestiorem, quanto copiosiora fuissent illa convivia, quae amici sibi instruxissent, ab Alexandria reverso. Plutarchus juvenis studiorum literariorum caussa Romam concesserat, ibique peractis aliquot annis domum revertebatur, eoque in reditu Ægyptum et Alexandriam lustrabat. Ex eo itinere factum in patriam reducem, ut ibi jam fortunarum sedem figeret, amici ejus adventu exhilarati, eum frequentibus conviviis excipiebant. hoc est quod ait ἡμᾶς ἥκοντας ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας. 31 f. αὐξομένην πόλιν, ἢ πόλιν, συμπόσια δὲ, δοκεῖν εἶναι ὀρθῶς λέγεσθαι vel εἰρῆσθαι. sed indagandus et inspiciendus ipse locus Platonis.

679. 4 οἶνον] non male Basil. οἴνυ, et ambigo, utra lectio praeferenda sit. 6 v. Casaubon. ad Theophr. charact. 18. 21 probo Stephani καὶ ἐκ διάρματος. similitudo sumta est de illis,

qui ſublato in altum, quanta vi poſſunt, e. c. gladio ambabus manibus apprehenſo, feriunt, contra quam illi, qui martello, minutis, ſed eo crebrioribus ictibus feriuut. Hoc cito fit; ad illud magno molimine totius corporis et multo tempore opus eſt. 24 poſt κȣ̃φά τε ποιȣ̃σι, videtur deeſſe καὶ εὐμεταχείριστα vel ſimile quid. 30 ἐπιτηδείȣς, et ſic quoque praeceperat Salmaſius. 34 τοιαύταις] qualis ſcil. eſt praeſens vocatio, vel convivium, ſimilemque ob cauſſam inſtitutum. 35 ἐκείνων] f. ἑκάστῳ, aut ſaltim ἐκείνῳ, quod Salmaſio placuit; *illi* puta, cujus in honorem iſtiusmodi convivia redeuntium ex itinere, aut peregre proficiſcentium amicorum inſtituuntur. 36 πᾶσι τοῖς ἄλλοις θεοῖς, μάλιστα δὲ τοῖς συννάοις καὶ συμβώμοις κατευχόμεθα [poſtremum quoque vidit Xylander pariter atque Stephanus et Salmaſius] καὶ ἅμα τριῶν κρατήρων κιρναμένων, τῷ μὲν — ſcilicet *primo et praecipuo deo*, cui prae reliquis ſacrificium offertur.

680. 9 poſt πρεσβύτης videtur quidem nomen proprium deeſſe. ſed in more habet Plutarchus in his libris convivialium ſermonum eo titulo avum Lampriam ornare. v. p. 684, 26. 15 praefero Stephani, quod mihi quoque ſuccurrerat, ἐξέλυσε conjecturae Xylandri. confirmatur enim a ſequente λυαῖος vs. 17. 23 ἐξεφλαύριζον. SALMAS. 24 v. ad pag. 626, 44. ſcripta. 32 μετεῖναι] id eſt μετιέναι. 38 vid. Salmaſ. Exercit. Plin. p. 34. et Valeſ. Emendat. p. 135. qui Θηβιεῖς tribus ſyllabis emendat. 42

μιγάδες

μιγάδες suspectum. requiritur nomen proprium gentis. nequit enim de mangonibus mancipiorum accipi, qui non μιγάδες, sed ἀνδραποδισταὶ appellantur. Salmasii μαγγάδες, quod ille *mangones* ait significare, haud scio an graecum sit. Valesius l. c. suadet μιγάδας. sed mihi quidem haec ratio non magis approbatur, quam Salmasiana. 46 διόλλυται ψιλέμενα καὶ ἀπανθεῖ. conf. var. lect. 47 num ἄτοπον ἔχει. sed jam supra p. 433, 8. ἀπέχει pro ἀπέοικε, *improbabile est*, positum vidimus. tota dictio idem valet atque, ἀπέχει ἀπὸ τοῦ λόγου, *remotum est a sana ratione*. 51 αὐτὸς, ut etiam Xylander conjecit.

681. 12 ἐρχόμενον suspectum. 16 aut ἐκτήκει aut συντήκει. 24 ἀντιβλέπωσιν, πῦρ ἐν ταῖς τῶν ἐρ. 29 τὸν] l. τοὺς. 42 λῦπαι δὲ καὶ. 45 καλῶς, et sic quoque Salmasius, qui vs. 46 etiam ἐπερείδωσι suadet. 48 σπάσασαι. 49 προσπίπτωσιν, ut etiam Stephanus. 50 f. ἐκείνοις πάσχειν ταὐτὸ τοὺς προσορωμένους. *ult.* mallem προσβασκανίων. sunt enim τὰ προσβασκάνια ea, quae faciunt πρὸς τὸν βάσκανον *adversus fascinum*. consentit Xylander.

682. 4 αὐτὰς. redit enim ad συμβολάς. 12 ταῦτα] scil. τὰ ἔπη. 14 in editione Stephani, item in codd. T. et V. est Εὐτελίδαο, quod esset Genitivus pro Εὐτελίδου, eaque ratione exiret hexameter; sane tertius quoque versus est hexameter, qui pentameter deberet esse, si ex elegia haec depromta forent. quare videtur mihi locus ita constituendus esse: καλαί μέν ποτ' ἔσαν, καλαὶ φόβαι Εὐτελίδαο. 15 ποταμῷ] metrum

trum flagitat *ῥέω fluvio in verticoso.* Salmasius correxerat ποτῷ. 19 ἱκανῶς incongruum. sententia flagitat μετὰ φόβȣ, vel μετ' εὐλαβείας. num igitur legendum εὐλαβῶς, *alias quidem, dicebam, hac de re admodum caute et circumspecte loquerer.* 22 f. ἰσχὺν παρὰ τῆς φύσεως. 34 recte dat Basil. ἡ σφαῖρα. 36 secundum ȣ̓̈τω delend. 39 ὁ delend. 44 λαβόντες. 47 post χεῖρον deest δοκȣ̃σιν, quod etiam Xylander vidit, ut ex ejus interpretatione apparet. 49 ἀναπνεῖ. 54 leg. Αἰγινητῶν, quo Basil. ducit, in qua est Αἰγινέων. de bellis Atheniensium cum Æginetis, et illorum in hos odio et contemtu vid. Herodot. et Ælian. V. H. 2, 9. quam contempti ab Atheniensibus Megarenses fuerint constat ex Aristophane.

683. 5 f. τῇ μὲν ἐπινοίᾳ δεξιῶς, τῇ δὲ λέξει — 7 ἔφην. ut etiam Xylander in versione expressit. deinde leg. ἔλαθες. 8 f. post προαιρετικὸν deest ἀλλ' ἐῶ ταῦτα. 9 πόῤῥω νυκτὸς ȣ̓̃σιν. *agentibus vobis in nocte jam multum profecta.* 17 sic ordinandi sunt versus ex Odyss. η. 115. καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι, συκαῖ τε γλυκεραὶ, καὶ ἐλαῖαι τηλεθόωσαι. forte quoque prioris initium recitavit: ὄγχναι τε ῥοιαί τε, v. var. lect. 23 potest συντιθέντα defendi, si ἑαυτὸν subaudiatur. mallem tamen συντεθέντων, aut συντεθὲν, quod posterius etiam Turnebo placuit. 24 καθάπερ ἴον] leg. uno vocabulo καθάριον. *habet attactum mundum et purum.* 31 f. ἐπίθετον ῥᾴδιον, ἔφην, νοεῖν. nam ea Plutarchi verba esse patet e vs. 43. 37 f. προσείρηκε, δεῖ διαπορεῖν.

πορεῖν. 49 f. τὰ δέ τοι φλόον ὤλεσε. *quaedam vero florem perdiderunt omnem.* Salmasius pro τὸν correxit τῶν.

684. 6 τὸ redundat. τὸ ἔξωθεν idem est atque simplex ἔξωθεν, vel κατὰ τὸ ἔξωθεν, *ab externa parte.* περιεχομένων bene habet, contra quam Stephanus existimavit. 11 ὠνόμασαι. 19 κατακαυθὲν, redit enim ad ξύλον, non ad συκῆν. 27 f. ἐπιῤῥεούσης τῷ καρπῷ τῆς γλυκύτητος, ἅπαν τοῦτο εἰς ἕνα τόπον συνθλιβόμενον. 28 ποιεῖν. quod ni admittas, adjiciendum erit vs. 30 εἰκός ἐστι post συκῆν, quod tamen non probo. 32 ἔφη. scil. Lamprias. 35 ᾗ in Dativo, *per quam.* et sic quoque Stephanus. ἐναπολαῦον idem est atque συναπολαῦον. 42 κύμινον] l. est κύαμον. v. p. 1170. [editionis Stephan.] et proverb. apud Diogen. et Zenob. SALMAS. 45 συνδειπνεῖν. 47 τὸ τῶν ἄλλων. penult. ἀφωσιώσαντο.

685. 4 ἄλλως, *alias*, per se, alio tempore et loco, et sic recte dat Basil. 11 post ἐλάχιστον videtur ἔφην deesse. nam Plutarchi sunt ea, quae sequuntur, ut e vs. 32. patet. 26 f. τὴν ὗν σαπρὸν κρέας γεγονέναι. Conf. P. Leopardi Emend. 18, 3. 33 f. εἴπερ ἄρχει, καθάπερ ὁ θεὸς, πάντων. *si semen, pariter atque deus, rerum omnium principium est.* 35 ἐμνήσθης ἐπὶ τῶν Αἰγυπτίων. *de Ægyptiis*, vel *quum de Ægyptiis diceres.* 42 ego μορίοις probam esse lectionem puto, et θηρίοις damno. nam et θηρίον vocabulum est animali tam minuto et imbelli parumque noxio, atque mus est, haud congruum, et quare

statim

statim repeteret Plutarchus τὰ ζῶα post praemissa θηρία. haec esset ταυτολογία. 49 τοὺς πελαγίους θεούς. ult. ἄμουσον φῦλον Empedocles dixit *pisces* non solummodo, quia sunt stupidi, sed etiam quia muti, et cantu carent.

---

# CONVIVIALIVM SERMONVM LIBRO VI.

686. 2 aut ὡς delendum, aut deest aliquod verbum, ἀκήκοας δήπου, aut ἀναγινώσκομεν, vel simile. 3 στρατηγικῶν. nam convivia gregalium militum parum lauta parumque sumtuosa. et sic quoque cod. T. 15 ποθέντων] f. καταποθέντων. *epularum devoratarum*, aut ἀπολαυσθέντων eodem sensu. 18 αὐτούς τε τοὺς μεμνημ. 19 sententia flagitat καὶ τοὺς ἀπολειφθέντας οὐχ ἧττον εὐφραίνουσι τῶν αὐτοῖς ἀκουόντων καὶ μεταλαμβανόντων. non tamen videtur Plutarchus eadem verba, sed alia dedisse, quae non expedio. 27 γενόμενα. 28 παιδιᾶς, *joco et hilaritate*. 38 ἐκ in compositione ἐκνηστεύειν videtur *penitus, ad extremum usque terminum* significare, ultra quem sustineri salva vita jejunium nequit. sed illa significationis intensio hic quidem inutilis videtur. quare mallem ἐκ abesse. 42 aut ἐξ ὧν delend. aut leg. βλέπομεν τῶν ἔξω μήτε — v. p. 689, 50.

687. 1 αὐτοῦ bene habet, et cohaeret cum ἥδιον et προθυμότερον. *facit ut unusquisque majore voluptatis sensu et majore cum appetitu comedat*

*dat, quam alias facturus esset corpore non moto.* 3 ὃ πρῶτον τῶν κατὰ φύσιν. 5 τὴν τέφραν. 11 recte dat Basil. τὸ νοτερὸν. quod etiam Stephanus et Salmas. et var. lect. confirmant. 21 posset διακαταδαρθῶσι accipi pro καταδαρθῶσι μεταξὺ διψῶντες. praefero tamen lectionem editionis Basil. ἐπικαταδαρθῶσι; scil. τῷ διψῆν. 26 f. οἱ πόροι ἀπαλλάττουσι [scil. τοῦ δίψους] παρασχόντες τῷ μετασχημ. 32 post κάππαριν comma ponendum: cohaeret enim cum λαμβάνοντες, non cum γευσάμενοι. *oliva muria condita, aut cappari in os sumta, statim postquam eam gustarunt* — 35 aut ἐλαττοῦσιν, aut ποιεῖ exarandum, ut sibi similis sit oratio. forte quoque τὸ δὲ πεινῆν ἐμποιοῦσιν, aut τὸ πεινῆν μεῖζον ποιοῦσιν. 38 dubium nullum est δεκτικὴν leg. esse, *aptam quandam rationem recipiendo cibo.* quod Stephanus et codd. T. et V. confirmant. 39 ἀπειργάσαντο. 45 ὀμμάτων in duo vocabula distrahendum: ὄμμα τῶν. caetera bene habent, si punctum commate mutes. δεητῶν recte habet, *eorum, quibus corpori opus et usus est.* 46 ἐγγενόμενον. erit itaque locus hoc modo concipiendus: *affirmare, illud ad nostri conservationem non inesse nobis, velut oculum et judicem rerum corpori convenientium et necessariarum in eo collocatum.* 47 post συμβαίνουσαν comma est collocandum; subauditur enim ἐστίν. *illud est hominum nullam prorsus rationem naturae habentium.* 48 ἔπειτα ἐργοῦν μὲν φάναι ἐνδείᾳ. 49 μηκέτι δὲ διψῆν. id quod etiam Xylander vidit. 50 τῆς κατὰ φύσιν. *naturalis tam humoris*

*ris quam crassi cibi indigentia.* *ult.* Salmasius delet γὰρ.

688. 1 αὐτὰ] l. αὖ. 2 πολλοςὰ] l. aut πολλὰ, aut ςρώματα. 3 potest παρ' ἡμᾶς defendi. *ob nos*, vel *per nos*. mallem tamen παρ' ἡμῖν, *nostra in potestate*. 4 μετρίας. nescio, an veteres εἵλησις pro εἵλη, *tepor solis* dixerint. 13 f. κνησμὸν καὶ θῆξιν ἔνια τῶν ἀμυσσόντων. 15 τὰ πρέποντα corruptum est. Sententia flagitat τὰ βαρύνοντα vel ἐμφράττοντα, vel τὰ γλίσχρα, vel τὰ ἄπεπτα. 16 ἢ μεταῤῥυθμιζομένων δὲ τῶν πόρων. 19 sententia flagitat ὥστε νεαρὰν ποιοῦσι τὴν ὄρεξιν ἐκθλιβομένων τῶν στενοχωρούντων, ἀλλ' ἢ μετασχημ. 23 ὀ γὰρ ἁπλῶς τοῦ ὑγροῦ. *non enim, dum sitimus, quidquid humectet, id omne absque discrimine appetimus, sed tantummodo illud humidum, quod naturae nostrae congruit.* 25 ἐνίςαται, id est ἐμποδὼν ἵςαται. 27 κατάκρασιν, uno vocab. et sic quoque praecipit Salmasius. 32 ἀναθλιβόντων. 35 ὑπονοςεῖ, καὶ διϊὸν, ὡς πέφυκε, πάντη τὸ νοτερὸν, ἅμα τοῖς τε μέσοις. consentit in quibusdam cod. T. et Salmas. et paene in omnibus editio Basil. in qua est pro διϊὸν, ἔνδυον, non male, caetera omnia eadem, ut e conjectura nostra praescripsimus. 40 δυσαναβαςοῦντος. ita scribendum. SALMAS. 42 aut αὐτὸν legendum, ut redeat ad κῆπον, aut leg. ἄρδοι πάντα, aut denique ἄρδοι τὰ φυτὰ cum Stephano et Xylandro. 51 ἐγγίνεται. 53 recte dat Basil. συμπίπτοντες. *ult.* f. τῶν βεβαπτισμένων ἔφην πόρων. σφοδρὸν ἔχουσι τὸ δριμύ.

689.

689. 7 f. καὶ delend. et vſ. 8. λέλεκται leg. 9. poſt ἀναπληρώσεις deeſt aliquid. 11. ὑποτιθέμενοι. et ſic quoque Salmaſius. 12 f. εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ γῦν πιθανῶς. 13 πᾶσι] f. πολλῶν. 16 aptius vocabulo εὐρύτεροι opponuntur ςενώτεροι, *pori anguſtiores*, quam *exiliores amplioribus*. num igitur legi οἱ δὲ ςενώτεροι. 16 poſt παραδέχονται videtur excidiſſe τὸν δὲ σῖτον οὔ. 26 ποιῆσαι in Optativo. *faceret*. in Baſil. eſt ποιήσεις, quod vulgata tolerabilius eſt, neque ſpernendum. porro τό γε μὴν μὴ πάντα τὰ τοῦ σώματος μόρια. 38 aut ὑμῶν, aut ὑμῖν. *a vobis* medicis et forſitan Epicureis *aſſumere placeat*. ſed ſi παρ' ὑμῖν probes, aliud erit participium pro φαινομένας excogitandum, e. c. εὐδοκιμουμένας. 43 τὴν πεῖναν. ob ſequens τὴν δίψαν. 46 ἤδη τὴν αἰτίαν. 48 ξηρότητι, εἴ τι διεσπαρμένον. 49 poſt σώματι aut deeſt aut tacite ſuppleri debet τοῦτο. 50 μᾶλλον] f. βῶλον. *argillam*. niſi τίτανον *calcem* Turnebi malis.

690. 3 non caret ſpecie πάθους. *ob aliqualem affectionem*. mallem tamen πάχους, *craſſitiem* vel potius πλήθους, *copiam*. 5. συντόμως. *celeriter deſierunt ſitire*. repente ſiti liberati ſunt. 17 f. παρεσκευάσαν οἱ θεράποντες ὕδωρ τοῦ ἐκ φρέατος ψυχρότερον, *aquam paraverant miniſtri frigidiorem illa, quae e puteo hauſta fuerat*. eſt idem atque, quod ſtatim ſubiicit τοῦ προσφάτου ψυχρότερον. 30 f. ὅταν οὖν ἐπικλασθῇ [vel ὑποχλιασθῇ] ὑπὸ τῆς πηγῆς, ἐν τῷ ἀέρι. τὸ ὕδωρ προθερμανθὲν, περιψύχεται ταχέως. *ſi ergo aqua a puteo fracta nonnihil fuerit* [hoc eſt

de frigore ſuo aliquid remiſerit,] vel *intepuerit, facile in aëre frigeſcit, utpote quae antea excalefacta fuiſſet.* 32 aut deeſt aliquid poſt ἀνδρικῶς, aut delendum καὶ, aut denique cum κατὰ mutandum, ut ſit ἀνδρικῶς καταμνημονεύσαντα. 37 ἔφην leg. ut Xylander quoque monuit. 39 μάλιστα ὁ τῶν ἐν βάθει φρεάτων, aut ὁ ἐν βάθει τῶν φρεάτων *qui a ſuperficie aquarum proxime abeſt et eam tangit.* Caeterum ad hunc locum pertinet ille, quem e Plutarcho Yvo Villiomarus, ſeu Scaliger ad Rob. Titii locos controverſos, p. 165. tractat. Ipſum tamen locum nondum inveni. 51 praefero ἀκμόνων, quod vocab. idem credo ſignificare atque μολιβδίδων, formas quasdam plumbeas ad inſtar incudum. 50 rectam verborum diſtinguendorum rationem vidit Stephanus. Ἀριστοτέλη μνημονεύεις. interrogabat Plutarchus illum peregrinum hoſpitem. *Pariterne, ut ſuperiorem ſententiam, ita hanc quoque tenes ex Ariſtotele?* reſpondebat ille peregrinus: *Ariſtoteles rem ipſam ſolummodo attigit et propoſuit ad diſputationem.* *penult.* ἔφην. nam Plutarchus iam loquitur. et ſic quoque recte dat Edit. Baſil. *ult.* ὅμως. *videte nihilominus,* quid ſcil. ego allaturus ſim pro expedienda hac quaeſtione, quamvis tam ſit impedita, ut mirum ſit futurum, ſi eam expediamus. deinde πρῶτον ἦν leg. et περιψύχεσθαι, et ἐμπίπτοντος, et ſic quoque in Cod. T. et V. fuiſſe videtur.

691. 2 χάλκεα ſuſpectum. aër enim non magis pervadit vaſa aenea, quam ſilices. 9 f.

μᾶλλο

μᾶλλον ἢ τὰ παχέα. κρατεῖται γὰρ ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ δι' ἀσθένειαν. 12 ἀπ' αὐτοῦ] f. ἐφ' αὐτοῦς. 27 οὐδὲ delet Salmasius. porro recte dat Basil. ἐπιθυμῶ μαθεῖν. *quia nix non adest, neque possumus eam impetrare, cupio doceri* — num igitur ante ἔχομεν deest λαμβάνειν ποθὲν?' 30 audax dictio ἄπταιστον de nive non diffluente, sed illibata & integra manente. 36 recte reposuit Stephanus λεπτοπαθήτων. sed de ἐρειπίοις dubitare non debebat, quod saepius a Plutarcho recitatur. quamvis dura sit & tragica metaphora, Euripides tamen ita scripsit absque omni dubio. Vtrumque etiam Salmasius commendabat. 39 ὥστε τὶ μᾶλλον *quam igitur ob rem vestem oportet magis calidam appellare, propterea quod calefacit, quam frigidam, quia refrigerat?* et sic quoque exhibet Edit. Basil. et versio Xylandri.

692. 5 aut προσπίπτον, aut ἐπιπίπτον. deinde recte est in Basil. οὐ θρύπτει. quod etiam Salmasius praecepit. 11 Νῖγρος. nam *Nicrus* neque Graecum neque Latinum nomen est. 13 τὰ non est in Edit. Basil. fors. dedit auctor ἐν ὅσῳ τὴν ἀρετὴν [aut τὰ ἐπαινετὰ, vel τὰ καλὰ] τοῦ ἀνδρὸς οὐ καταλαμβάνοντες — et deinde μιμούμενοι et ψέγοντες. Illud quoque Basil. habet; pro hoc dat ἐλέγχοντες, neque melius, neque deterius altero ψέγοντες. 16 'Αριστίωνος, ut paullo post sequitur vs. 44. 17 ἐγχεῖσθαι. *infundi*, in pocula scil. 21 f. διηερωμένου. *si saepius ventilatur* vel *dio exponitur*. 29 f. οὔτε φορεῖν τὸν ἄκρατον ὑπὸ ἀσθενείας. *neque merum vinum ferentes defectu virium*. opponuntur οἱ

 ἀκρα-

ἄκρατος, *merum* & ὁ μέτριος *temperatum* vinum. 35 aliquanto melius dat Basil. τεκμήριον τῆς διαφθορᾶς. ego tamen pressius inhaerendum hic puto vulgatae lectionis vestigiis, e quibus efficio τεκμήριον, νὴ Δία, φθορᾶς [vel τῆς φθορᾶς]. 45 ἄναιμον. nam ἄναιμος, μυ dicitur, non ἀναίμων, μονος. 48 f. τὸν καθάριον, ὅσπερ. 52 f. ὁ γάρ. *penult.* post χαλκὸν videtur μετ' ου πολὺ vel simile quid deesse.

693. 1 τῶν ἀνθρακέων, *carbonarios, eos, qui carbones parant et vendunt.* a Singulari ἀνθρακεὺς. quales erant apud Athenienses Acharnenses. 2 f. post ἡμᾶς deest τοὺς πολλοὺς vel τοὺς ἰδιώτας vel ἀμαθεῖς. 4 f. αὐτὸν δὲ φαιδρύνοντες. 15 καθαριότητος ut vs. 21. 26. v. Salmas. Exerc. Plin. p. 744. a. 30 post οἴκου ponendum signum interrogationis. *nam, interrogo, tune haec omnia pro inutili sedulitate damnabis et proscribes?* at si affirmat oratio, leg. erit sic: ἐπεὶ πάντα γ' ἂν οὕτως εἴποις. *nam ea disputandi ratione utens proscriberes isthaec omnia* — 33 aut παριόντος aut περιϊόντος. vocem φωτὸς hic posuit pro ἡλίου. 38 αὐτοῦ τοῦ πυρὸς διαπόνησις, quod postremum recte est in Basil. 40 διαιτήσεις] Basil. dat διηθήσεις. dubito, an de siccis dicatur διηθεῖν. num igitur διασήσεις a διασήθειν. *per cribrum traiicere.* 41 ἀλεύρων aut ἀλευρίων, ἀλλὰ καὶ ἡ τρίψις — 49 recte dat Basil. ἕκαστος. 51 ἀγυιαῖς.

694. 4 τὸ μὲν οὖν λιμὸν est in Edit. Basil. leg. divisis vocabulis τὸ μὲν οὖν βου λιμόν. *particula* βου *in hoc composito videbatur* ingentem *significare.*

7 f.

7 f. ἀλλὰ πῦλιμον, οἷον πολὺν ὄντα λιμὸν, ὀνομάζομεν. 18 ἐκεῖθεν] undenam? nihil præcessit de bobus, ad quod respici hic posset. ergo patet, aliquid deesse. 19 f. συνεπληρῦμεν., ἐπεὶ δὲ — 20 f. τὸ αἴτιον τῦ μάλιστα. 27 εὐθὺς pertinet ad ἀνεκτήσαντο. *protinus recreabant Brutum pane ab hostibus accepto.* 39 aut ἐκθερμαίνει leg. scil. ἡ περίψυξις, aut pro ποιεῖ leg. est πάσχει, scil. τὰ ἐντὸς. 42 aut delend. ἢ aut καὶ. nam ἀσθένεια explicat vocab. ἀψυχία. 48 f. ἀναπνοῆς εἶναι, [vel φαίνεσθαί αἱ] αἰνιγματώδες. 53 ὑπέκκαυμα, ut recte quoque Xylander observavit. *ult.* ὥσπερ τῷ καταπίνειν τὸ πίνειν, καὶ τῷ ἀνακύπτειν τὸ κύπτειν. nam improprie adiungitur πίνειν verbo καταπίνειν, quod non *bibere*, sed *deglutire*, significat & *devorare.* & κύπτειν, quod proprie est pronum *deorsum* inclinato corpore *procumbere*, incongrue componitur cum *sursum spectare.*

695. 4 recte pro αὐτὸν dat Edit. Basil. ἄρτον. 6 f. μικρῶν γῦν παντάπασιν μεταλαβόντες, aut μικρὸν γῦν παντάπασιν αὐτῦ λαμβάνοντες, aut μικρὸν γῦν παντάπασιν ἀνὰ στόμα λαβόντες. Verbum ἀναζωπυρῦσιν accipi debet intransitive pro ἀναζωπυρῦσιν ἑαυτῦς, vel ἀναζωπυρῦνται. 8 f. ὑποζυγίων, ὧν ἥ τε, aut omisso ὧν leg. ἥ γε [non ἥ τε]. quo admisso, γε idem atque γὰρ valebit. 10 καὶ, νὴ Δί', ἴλιγγον. *vertiginem ipsam interdum.* 11 λέγεσθαι καὶ ἀπὸ τ. 22 num παρέλκειν τὴν σάρκα. deinde probo Stephani τὸ πῦρ. ὅθεν ἀραίωσις. quod etiam a Codd. T. & V. confirmatur. 24

σβεννυμένου οἷον ἱδρῶτα. 30 ὡς delend. 33 f. διατηκόμεναι ἐξέπιπτον [aut ἐξίσαντο vel ἀφίσαντο] ἤδη ποτὲ τῆς ἀφιδρύσεως. *deciderunt unci plumbei nonnunquam gelu rupti a statuis*, vel aliis structuris, *quas continebant*. 35 ante μᾶλλον excidit ἀραίωσιν. 37 ἀποξεούσης, aut ἀποξυούσης ut Codd. V. & T. velut *dedolante*, i. e. *deterente*. 42 post ἀναλαμβάνειν aut addendum, aut saltim subaudiendum οὕτω. deinde lego καταλύειν. 49 ὑπὸ] f. ἀπὸ. 50 f. ὅτι ὡς γλυκύτατον. *penult.* οὗτα δὴ καὶ.

696. 4 κἂν σμικροτάτου. 7 quum desit Basileensi συστάσεως, videtur auctor ita dedisse πολλοῦ ἀναμεμιγμένου αὐτῷ τοῦ γεώδους. *ibid.* κινούμενον] scil. oleum, non lac, de quo tamen proxime præcesserat sermo. 8 τῶν δ' ἄλλων. v. Var. Lectt. 9 recte dat Edit. Basil. μέρη, loco vocab. μέτρα. 10 βαρύτητα] l. τραχύτητα. id effici debuerat a Stephano e vetusta lectione, quae in Basil. est, βραχύτητα. eadem recte dat ἄκρατον. 13 ἅμα] l. ἀλλὰ. 14 συνάρμοστον, aut ἐυσυνάρμοστον. 23 rursus leg. τραχύτητι. 26 ἢ ἐπὶ πλεῖστον. 30 μαλακὸν ὄν. 33 ὕδατι μὲν γὰρ βρεχθὲν. 34 recte dat Basil. πραγματείας. 37 λεπτότερος. 43 ὅτι recte abest a Basil. *ult.* αὐτοῦ scil. τοῦ ὀποῦ. deinde recte dat ἀναπεπλῆσθαι. pro ἔργον posuit Xylander *cortex*. nescio igitur quid pro illo supposuerit. in annotatione ait: *καὶ τὸ ἔργον absurde, nisi e ligno fructuoso facta opera intelligit.* atqui opera intelligit e ficu fabrili arte facta.

697.

697. 2 κόνιν bene habet; favet tamen Xylandro κονίαν reponenti locus Nostri supra p. 684. 20. ubi eadem sententia. mihi utraque lectio perinde bona videtur. 3 f. θερμότητος, ὑφ' ἧς καὶ τὴν π. τ. γ. ε. οἴονταί τινες, οὐ μόνον σκελήνιαι. 5 περιφερέων. 7 καὶ τὸ οὐ χρηστὸν, οὐδὲ γλυκῦν εἶναι τὸν ὀπὸν. 9 f. ψυχρὸν ἔστηκεν ἄπεπτον. sed plura videntur abesse & subtilem nimis disputationem Plutarchi de rerum naturalium caussis, ut saepe, ita hic quoque loci non intelligo. 14 in Basil. est συνειμένος. sententia videtur flagitare σμηχόμενος. *perfrictus.* 16 ἐξαναλίσκεται] num ἐξίσταται. *fatiscit, in vappam abit.*

---

# CONVIVIALIVM SERMONVM LIBER VII.

8 v. p. 685. 8. 14 τοῖς λέγουσιν, aut τοῖς διαλεγομένοις, *colloquentibus.* 15 f. πρὸς τὰ αἴσχιστα πάθη. 20 f. ἡμῶν δὲ ἑαυτοῖς χρῆσθαι λογίως [vel λογίοις] συνεθιζομένων, πᾶσίν ἐστι καὶ πρὸς πάντας ἡ τῶν λόγων ἐξαγωγή. *at quum nos consueverimus longo usu docti sapienter nos gerere, licet quoque omnibus sermones nostros ad omnes efferre.*

698. 1 v. Vrsin. ad fragm. poetar. lyric. p. 310. 4 f. τὸν μὲν Ἀλκαῖον ἀμωσγέπως εὐπορήσειν οἶμαι βοηθείας. τὸ γὰρ λέγειν [vel φάσκειν] ἀπολαύειν — 7 recte dat, quod Stephanus coniecit, Edit. Basil. οὕτωσὶ σαφῶς.

*tam perspicue.* 7 de τὼ ποτὼ dubium non superest a Xylandro, Codicibusque V. & T. confirmato. 16 potest ἠυπόρησε defendi et accipi pro ἐξεπόρισε. *attulit argumentum contra eum.* sed mallem ἠπόρησε, *dubitavit*, hoc est, dubium vel argumentationem adversam obmovit. 20 variant hic loci Codd. v. Var. Lect. sententia videtur flagitare φρονεῖν, θαυμαστὸν ὅπως ἐ συνεῖδεν εὐπαράστατον ὂν τὸ τῆς ἐπιγλ. *quum voluerit, id quod decet philosophum, partium humani corporis usum indagare, mirum est, eum non vidisse id, quod tamen se facile cuique ingerit, usum lingulae.* 21 f. τεταγμένης. 24 f. παρολισθῇ τι παραφερομένε τε πόματος. *si quid praeterlabentis potus forte clam subrepat in pulmonem, a recta via deflectens.* 25 μέταυλος idem est atque μέσαυλος. *ianua media inter aulam et aedes interiores.* deinde leg. αὕτη *haec.* 29 aut ὅτι delend. aut ἔχεσι vel ἴχεσι leg. 34 ἀλλὰ] subaudi τετο συμβαίνει. deinde lego συμπλεκόντων. 35 χρωμένων. *sed contingit illud propterea quod complectimur cibum cum potu, mistaque ista simul ventri permittimus, utentes potu vehiculo cibi solidi.* 37 post πρῶτον aut in hac regione deest ἔφη. v. Var. Lect. 39 ὁ βρόγχος. 42 λευκανίης. ut apud Homer. Il. X. 325. subauditur εἰς τετο τὸ μέρος. 42 f. ἐκ ἄρ' ἀσφάραγον. 44 f. ἐσαφῆκε vel ἐσέθηκε, *in carmine suo posuit, nominavit, indicavit.* 45 f. εἶθ' ἕτως. 48 τετο dividendum in duo vocabula τε τὸ. et sic quoque Xylander. 49 Odyss. I. 373. 51 f. ὀφθαλμὸν, χεῖν ἕνα καὶ π.

699. 1 sunt duo iambi. unus: πίνειν γὰρ ὁ Πρωταγόρας ἐκέλευεν ἵνα — alter: πρὸ τοῦ κυνὸς τὸν πνεύμον' ἔκκλυτον [vel ἔκκλυστον] φορῇ. *ut bene perlutum et elutum habeat pulmonem.* 5 Euripidae locus ad rem probandam nil facit. est enim ambiguus, &, ut Plutarchus eum in rem suam vertere potuit, ita potest altera pars eum ad se trahere, aut saltim vim argumentationis ex eo a Plutarcho ductae eludere. nam potest ita accipi, ut dicat poëta, vinum non in pulmones, sed in ventriculum descendisse, præteritis illis locis, per quae spiritus commeat. διαῤῥοὰς πλευμόνων sunt hiatus pulmonis, per quos elabitur & intrat spiritus. 21 de Philistione medico v. Fabric. B. Gr. T. XIII. p. 366. 24 τοῦ πόματος. 25 post Διώξιππον videtur εἰς αὐ χρείαν ἀποτελεῖ, vel similis sententia excidisse. de Dioxippo, quem alii Dexippum, alii Doxippum appellant, v. Fabric. B. Gr. T. XIII. p. 139. 31 ἐπιγλωττίδα. 37 ταμιεῖον hic non est *penus*, sed *dispensatorium*, instrumentum potus partem debitam ventriculo, et pulmoni quoque suam, distribuens et impertiens. 33 ἐπιῤῥακτον aut ἐπιῤῥαχθὲν. 36 βάπτοντες καὶ κατ' ὀλίγον. 42 ἐπεὶ hic loci idem est atque ἔπειτα. *porro.* respicit hoc ad praecedens πρῶτον vs. 38. 49. ὑγρὸν] l. ἔργον. *stimulum ad id opus peragendum, quod agere aptum natum est unumquodque membrum.* *penult.* ἐνδιαῖος corruptum est. sententia flagitat ὀχετός.

700. 5 non caret ἀπωθεῖσθαι specie, mallem tamen ἀπηθεῖσθαι *per colum velut defluere.*

12 f. ὥσπερ τὸ πνεῦμα καὶ [vel οὕτω καὶ] τό. 16 f. ἀπαυθαδιάσασθαι. nam, si bene memini, non ἀπαυθαδίζεσθαι, sed ἀπαυθαδιάζεσθαι, dicitur. 17 num ἐναντιολογίαν. 18 deme σύν. 22 hinc intelligas quinam sint οἱ κεράσβολοι τῶν ἀνθρώπων apud Simplicium ad Epictetum p. 222, 21. ed. Salmas. scil. duri, intractabiles, pertinaces, qui doceri & audire nolunt. duxit ille e Platonis Leg. IX. v. Ruhnken ad Timaei Lex. Platon. p. 113. 29 f. καὶ πολλάκις ἤδη ζητοῦντες ἀπείπαμεν ἅμα τοῖς φίλοις, οὐχ ἥκιστα Θεοφράστου ἀποτρέποντος, καὶ δυσχερῆ αἰνιττομένου τὸν λόγον. 33 περικαρφισμός.] Aristotel. Hist. Anim. 6, 2. ὀχευθεῖσαι αἱ ὄρνιθες φρίττουσί τε καὶ ἀποσείονται καὶ κάρφος πολλάκις περιβάλλονται, ποιοῦσι δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο καὶ τεκοῦσαι ἐνίοτε.

701. 2 φλυαρίαν. 3 ἀλήπτου.. 4 τοῦτον quid sibi vult? quem designat? etiam ἐφ' ἡμᾶς et totum hunc versum non intelligo. 9 τὸ καθ' Ὅμηρον. subaudi ἔπος. *id quod Homerus ait*, quae Homeri dictio est. 20 τὰ ἔγγεια. sed quid e ζώφυτα efficiam, nescio. credebatne Plutarchus saxorum partes humo abditas ad animalium instar crescere? Id sane colligitur ex ea lectione, si proba est. num ἐξώφθαλμα, aut ζοφόδυτα. *in obscuro mersas*. 29 v. Marsilii Cagnati Var. Observ. 2, 6. 33 οἱ δὲ τοίους] subaudi repetitum a communi ἐκφέρουσι καρπούς. 34 ἐμπεσόντος aut ἐπιπεσόντος. 40 aeque alienum ab hoc loco est οἰνάριον, quam οἴνου μόριον, quorum illud cum Xylandro mihi commune est. quorsum

ſum enim diminutivum? Plutarchus illis raro utitur. non erat Stoicus. et μόριον de vino non dicitur, ut de vivo corpore. et omitti talia ſolent μέρος, μερὶς etc. habet tamen μόριον de *oleo* ipſe Plutarchus paullo poſt p. 702, 15. quare etiam de *vino* dici poteſt, et nemo improbat, ſi auctores ea vocabula interdum addunt, quae plerumque omittere ſolént. 41 τὴν αἰτίαν τῆς διαφορᾶς.

702. 1 τὸν οἶνον ἴσμεν, ἐπισφαλέστατον ὄντα. 10 βέλτιον εἶναι, ἀλλὰ δοκεῖν. 18 ἀποκειμένοις eſſet *ſeorſim extra conſpectum et extra contactum aëris in cella iacentibus*. id quod ſententia loci reſpuit. num igitur ἐκκειμένοις, *aëri et dio expoſitis*. 19 πλείων et κατερχόμενος. 22 παλαίωσις, ἣν ἑκατέρῳ — et ſic quoque Cod. Turneb. 25 comma pone συνεχείας promovendum. raro ſenſu συνέχεια hic loci uſurpatum eſt pro concluſione. *quia concluſum et ſeptum eſt*, aëre ab omni parte et aditu excluſo. vinum, ait, ideo celeriter veteraſcit, quia συνέχεται, continetur vaſis obturatis et perſpirare nequit. oleum autem, quod aëri patet, in vaſis apertis expoſitum ideo recens identidem manet. 26 poſt ἀπογηράσκει ob ſimilitudinem ultimae ſyllabae in ambobus verbis excidit ἐδόκει — ἀπογηράσκει. Ἐδόκει λελέχθαι πιθανῶς. 26 f. ὅτι πᾶν ἐξ ἐπιπολῆς. *omnes res aër renovat et recentes facit, quas attingit*. 35 in Baſil. eſt ȣ̓ loco μȣ̃, unde εὖ efficio. καὶ τὸν πάππον εὖ μάλα.

703. 12 εἰ μή τι σύ — *niſi ſi quid tu meſius profers*. 28 μορίαν. v. Markland ad Lyſiam p. 548.

p. 548. 32 locus Hesiodi est *Operum* vs. 748. ubi miror interpretes neque sensum perspexisse, neque Plutarchi locum hunc allegasse. 35 ζῶντας ἐίων καὶ λάμποντας. in Basil. et Ald. est ζῶν καὶ λ. forte ob illud ων excidit ἐίων. 38 ὀιομένῳ.

704. 24 aut ἐπιμελετὴς γενόμενος, quod praefero, aut ἐπιμελετήσας. 44 mihi videtur rectius esse, quod in Basil. legitur φιλοθεάμονα. quo admisso consequitur leg. esse τὸν φιλήκοον καὶ φιλοθεάμονα. 51 φασὶν] l. φύσιν, *natura utentia.*

